RACCOLTA

D'OPUSCOLI

SCIENTIFICI E FILOLOGICI.

TOMO DECIMONONO

A Sua Eminenza

IL SIG. CARDINALE

DOMENICO PASSIONEI

Segretario de' Brevi &c.

IN VENEZIA.

APPRESSO SIMONE OCCHI

Con Licenza de' Superiori, e Privilegio.

MDCCXXXIX.

EMINENZA.

NON v'è cosa, che io tanto con tutto l' animo mio desiderassi, quanto il vedere adornata questa mia Raccolta col glorioso nome di V. Eminenza*, e, se ciò di fare fin ora non mi sono ardito, non altro*

§ 2 *prin-*

RACCOLTA
D' OPUSCOLI
SCIENTIFICI E FILOLOGICI.

TOMO DECIMONONO

A Sua Eminenza

IL SIG. CARDINALE

DOMENICO PASSIONEI

Segretario de' Brevi &c.

IN VENEZIA.

APPRESSO SIMONE OCCHI

Con Licenza de' Superiori, e Privilegio.

MDCCXXXIX.

EMINENZA.

NON v'è cosa, che io tanto con tutto l' animo mio desiderassi, quanto il vedere adornata questa mia Raccolta col glorioso nome di V. Eminenza, e, se ciò di fare fin ora non mi sono ardito, non altro

§ 2 prin-

principio ebbe questo mio riguardo, che il mio rispetto, ed il timore di presentarmi avanti a voi con un sì picciolo e scarso dono; ma finalmente tante cose sentendo di voi a pubblicarsi, e tanto infra l'altre vostre virtù ad esaltarsi quella dolce ed affabile benignità, di cui siete dotato, ho riflettuto, che questa porteravvi a compatirmi, e a ricevere un dono, che in vero non è da credersi di voi meritevole, se non perchè tale renderlo potete col benignamente aggradirlo, e col compatirlo. Questa riflessione, come ho detto, m'ha fatto risolvere a presentarvelo qualunque ei sia, sperando, che possiate vederlo con occhio amorevole, e compatirlo con cuor generoso. Non incresca a V. Eminenza lo scorrere questo Tomo, e leggere ciò, che in esso contiensi nelle ore che togliere potete a' grandi affari per sollievo dell' animo. So, per vero dire, che alla vostra dottrina singolare, e alla vostra vastissima erudizione difficile si è, che giungano cose nuove, ma so ancora, che gli Uomini grandi

co-

come voi, ſanno coll' ampiezza de' loro lumi far ſervire ogni coſa al bene, e trarre da qualunque libro de' vantaggi, e ſe altro non foſſe l' idee del vero, del buono, del giuſto ſempre più col retto loro diſcernimento perfezzionare ed ingrandire.

Queſta ſtima, che io ho della vaſtità del voſtro ſapere mi conſola, vedendo ch' ella è quella di tutti gli Uomini più dotti e più eruditi dal noſtro ſecolo, le onorevoli teſtimonianze de' quali m' aſtengo di produrre in queſto luogo, o perche ſono elleno troppo note, o perchè di molto farebbero creſcere queſta lettera. Eſſi, o vi anno conoſciuto, e ſi ſono accertati della prodigioſa voſtra erudizione e dottrina ſeco voi trattando, o anno letto le coſe voſtre, e vi anno non ſolo ammirato eloquentiſſimo Oratore, tanto nella latina, che nell' italiana lingua, ma un Uomo ancora dotato d' un perfetto giudizio, e d' una erudizione non volgare, ma ſoda e maſſicia. Quelli, che non vi conoſcono ſe non nell' Opere voſtre, non

§ 3 poſ-

possona dolersi se non ch' esse molte non sono, ma nello stesso tempo non sanno, e non possono se non ammirarvi, vedendo, che tanto fatto abbiate in mezzo alle gravissime occupazioni degli ardui Ministerj, che vi sono stati addossati non già nell' età più matura; ma nell' istessa prima gioventù. In questi anni principiaste la vostra carriera, e il Congresso dell' Aja a cui foste mandato, fu il primo teatro dove compariste, e dove que' grand' Uomini, che lo formavano, ammirarono in voi, in quegli anni, ne' quali non è si facile trovare persone, che seriamente riflettano, e maturità di senno e retto giudizioso discernimento, di modo che bene presto la fama del vostro nome si sparse con lode per ogni parte. Dopo una sì luminosa comparsa, era difficile che restaste ozioso, e non deve recare meraviglia se susseguentemente foste promosso alla Nunziatura in primo luogo degli Svizzeri, e poi a quella di Vienna, sostenute sì l'una che l' altra con particolare decoro, e con vantag-

taggio della Chiesa , e potrei dire dell' Europa tutta , mentre si sa quanto in Vienna vi siete maneggiato e quanta parte avete avuto nella pace , che ha sì bene uniti i due più potenti Regnanti della Cristianità . Non è però cosa se non dovuta al merito vostro , se dopo azioni di tal sorte , siete stato promosso alla Dignità di cui ora godete , ed a cui , anzi che riceverne , date fregio e splendore .

La brama mia mi porterebbe più oltre , Eminentissimo Principe , ed io volentieri individuerei tutto ciò , che da voi è stato operato , e so bene che infinite cose troverei , le quali non solo in lode vostra , ma in benefizio ancora di chi le legesse , e avesse il coraggio e la bella emulazione d' imitarvi ridondare potrebbono , ma per una parte non farei cosa che fosse nuova , mentre le vostre gesta anno talmente svegliata l' altrui curiosità , che non v' è alcuno , che non ne sia informato , e per l' altra parte non potrei sperare di giungere a de-

descrivere in un modo acconcio al grand' argomento ciò, chè avete operato. Aggradite per tanto quest' umile confessione della mia insufficienza, e volgendo verso di me un vostro generoso sguardo compatite il mio ardire, e ricevete sotto la vostra Protezione non solo questa Raccolta, ma ancora quello, che si glorierà sempre d'essere con profondissimo rispetto.

Di V. Eminenza

Venezia 11. Maggio v739.

Umiliss. Dev. Ossequiosſ. Serv.
D. Angiolo Calogerà.

PRE-

V

PREFAZIONE.

CON maggiore follecitudine de precedenti comparifce il Tomo Decimonono di quefta Raccolta, al quale con uguale prontezza fuccederà il ventefimo per la premura che fi ha, ch' effa vada fempre più avvanzandofi; e perchè un maggior numero d' Opufcoli in effa poffano ftarvi; e fe qualcheduno riefce un po più lungo degli altri non occupi troppo luogo s' è penfato di ftamparla in un carattere alquanto più picciolo de' precedenti, come fempre fi farà nell' avenire.

Varie affai fono le Operette, che formano il prefente volume, il quale per la fua varietà, quando ancora non vi foffe il merito degli Autori fi rende degno dell' altrui curiofità. La prima è un orazione del *P. Girolamo Lagomarfini* in favore delle pubbliche fcuole. Un altra Orazione dello fteffo argomento fatta dal medefimo Padre fi legge nel Tomo XVI. Segue egli a trattare quefta materia con ragioni sì forti, che dovrebbono perfuadere, fe l'amore della novità che ha tanta forza fullo fpirito degli uomini poteffe reftar vinto. Forfe che l' efperienza fola arriverà a fare ciò che l'Eloquenza

per ogni conto nobile e soda del P. Lagomarsini, appoggiata a ragioni plausibili non solo ma convincenti, non potesse arrivare a conseguire.

Il secondo Opuscolo porta le Osservazioni fatte dal dottissimo Signor Abate *Giacomo Facciolati* Primario Professore di Loica nell' Università di Padova sulla lettera I. del Dizionario del Danet. Queste Osservazioni si stampavano negli anni scorsi per empitura de' fogli delle Novelle Letterarie, che uscivano in ciascuna settimana da Torchj di Giovambatista Albrizzi, ma essendo passata quell' impresa ad altro Stampatore in tempo che la critica sopra la lettera I. era appena cominciata, ho creduto bene di procurarmi dall' Autore le Osservazioni non per anche pubblicate, e d' unirle qui per uso di chi si diletta della lingua latina.

Il terzo luogo è occupato da una Dissertazione, sopra un' antica Etrusca Iscrizione, fatta dal Cav. *Lorenzo Guazzesi*. Avea il suo dotto Autore pubblicata questa Dissertazione nel secondo Tomo de' Saggi degli Accademici di Cortona, ma essendo egli solo non contento d' essa, ha voluto accrescerla ed impinguarla, e così accresciuta trasmettermela per inserirla in questa Raccolta, lo che ho fatto subito molto volontieri, non solo per la stima, che fo del nobile Autore, ma ancora

cora per la sodezza dell' erudizione e per il buon gusto con cui è discifrata l'Iscrizione,di cui si parla in questo Opuscolo.

Succede a questo una Lettera del *P. Giuseppe Rocco Volpi* della Compagnia di Gesù, celebre particolarmente per l'Opera dell' antico Lazio, che da lui indifessamente si va continuando, la quale dovrebbe certamente essere accetta agli Eruditi,contenendo molte Iscrizioni non più stampate con sopravi delle note sensate ed erudite.

Il merito del Signor Abate *Giovambatista Pollidori* Autore dell' Opuscolo seguente non ha bisogno d' essere da me rilevato. La dotta dissertazione sopra l'acquisto di Nardò fatto da'Veneziani a forza d' armi,e non in altra maniera, che ora ho il piacere di pubblicare basta per far conoscere l' erudizione e il buon gusto del suo Autore. Tante cose vi si leggono, e tanti lumi in essa si ritrovano, che spero non possa se non incontrare la pubblica approvazione.

L' Elogio di Pier Antonio Micheli dell'eruditissimo Sig. *Antonio Cocchi* succede a questa Dissertazione. Era stato pubblicato in Firenze in 4. l'anno 1737. dai Tartini e Franchi, ma io l'ho voluto riprodurre e per la stima che fo delle produzioni del suo Autore, tutte di lode meritevoli, e per due annotazioni mano-

scrit-

ſcritte da eſſo comunicatemi, nelle quali l'Iſcrizione ſepolcrale del Micheli, e la diſpoſizione fattaſi del ſuo Muſèo, Libreria, e Scritti ſi leggono, lo che non può ſe non recare piacere a quelli che dell' Iſtoria Letteraria ſi dilettano.

Succede a queſt' Elogio una ſoluzione d'un Problema del Sig. Conte *Giulio Carlo de' Fagnani*, di cui ſi deſidera di vedere alla luce il Trattato delle Proporzioni, che ſi ſa eſſere finito, e che non ſarà ſe non una coſa buona, e d'onore alla noſtra Italia.

I due Opuſcoli che ſeguono ſotto il nome di *Benedetto di Poggio* ſono rimaſti gran tempo tra le mie carte, non ſapendo da qual parte mi veniſſero, nè di chi foſſero, ma avendo finalmente ſcoperto chi ſotto il nome ſopraddetto ha bramato, e brama di naſconderſi, ho voluto pubblicarli per il riſpetto che devo al ſuo nobiliſſimo Autore.

I tre Opuſcoli Medici, che ſeguitano meritano l'attenzione de' Profeſſori. Il primo ch'è del Conte *Carlo Richa*, il quale ha voluto onorare queſta mia Raccolta, è un'oſſervazione d'un ſingolare aneuriſma dell' Aorta. Fu fatta e diſteſa in tempo, che il celebratiſſimo Lanciſi, a cui è dal ſuo Autore indirizzata, penſava a ſcrivere ſopra queſti mali. I due Opuſcoli che ſeguono ſono del Sig. Dottor

tor

tor *Carlo Francesco Cogrossi* più volte lodato nella Raccolta. Il primo è l'orazione da lui fatta nello ingresso alla Cattedra di Medicina nell'Università di Padova. Aveva questa veduto la luce in Brescia l'anno 1721. ma n' era uscita piena d' errori o per negligenza degli stampatori, o di chi applicò alla stampa nella lontananza dell'Autore. Ora si legge purgata e corretta coll' aggiunta della prima lezione da lui fatta nell' anno 1729.

Non ostante tutte le proteste fatte di non voler inserire in questa Raccolta Operette di Poesia, vi si trovano cinque Capitoli non più stampati del Tibaldèo con una Prefazione del Sig. Abate Giovambatista Parisotti degnissimo Bibliotecario del Sig. Cardinal Passionei. Ho creduto, che il merito sì dell' Autore come dell' Editore mi potevano far passare sopra tutti i miei riguardi, e che non fosse per essere dispiacevole questa mia risoluzione. Si desidera, che il Sig. Parisotti possa applicare a compiere la sua traduzione delle Tragedie d' Euripide aspettata con impazienza da' dotti.

L' Opuscolo seguente, m' è stato mandato per inserire in questa Raccolta da Personaggio autorevole.

Le memorie di Monsignor Tommaso Tommasini Paruta, che vengono in ultimo luogo sono un articolo della Biblio-

blioteca degli Scrittori Veneziani, che si lavora dal *P. Giovanni degli Agostini* Minor Osservante, Bibliotecario del suo Convento della Vigna di questa Città. L'ordine e il buon gusto con cui sono distese fanno bramare, che il detto Padre tenda con celerità a condur a fine questa grand' Opera, a cui crediamo, che tutti contribuiranno le necessarie notizie vedendo, ch' esse capitano nelle mani di persona, che sa maneggiarle con tutto il discernimento, e farne tutto il buon uso, che si sa e può desiderarne. Egli s'è indotto a pubblicare questo Articolo che può servire di saggio agli eruditi i quali avessero notizie da comunicargli, e de'quali implora l'ajuto tanto necessario in simil sorta d'Opere.

Spero, che i miei Lettori aggradiranno le diligenze da me fatte per servirli, e che in tal modo m' animeranno al proseguimento di questa mia fatica.

I N-

VIII

INDICE

DEGLI OPUSCOLI

Contenuti nel Tomo Decimonono.

HIE-

HIERONYMI
LAGOMARSINI
E SOCIETATE JESU

Pro publicis Scholis Oratio II.
habita Florentiæ IV. Kal.
Februarias 1738.

Coram

FRANCISCO MARIA
GINORIO
Fæſulanorum Pontifice.

PRO PUBLICIS SCHOLIS

Oratio II.

Publicarum Scholarum defensionem, a me superiore anno institutam, atque ex hoc ipso loco susceptam, meministis, ut opinor, Florentini, ita propter summam rerum dicendarum copiam ac varietatem, non potuisse unica oratione universam comprehendi; ut, quum tria proposuissem, de quibus dicerem, vix unum illud, quod primum in partitione fuerat, de Magistrorum genere ac mutationibus, explicarim: reliqua autem duo, de diuturnitate docendi, deque morum corruptela, omnino intacta reliquerim. Quod quum ita tum adcidisset, sic tamen putabam fore, facile ut reliquas criminationes illas altera dumtaxat actione complecterer, & utrique satis commode uno atque eodem tempore responderem. Verum, quum ad eas ipsas defensionem meam compararem, omniaque, quæ in re essent, satis adtento animo nuper inquirerem, digererem, expenderem, adornarem; ita se mihi multa in illa commentatione obtulerunt, ut, nisi suscepto patrocinio deesse velim, tri-

bus omnino actionibus, quod reliquum causæ est, mihi esse absolvendum intelligam. Nam diuturnitatis quidem refutatio non nisi bipartita esse potest. Quum enim plurimos, &, vere ut dicam, plerosque, hac quidem tempestate, diutius, quam oporteat, in publicis Scholis versari, nec satis unquam eruditos evadere adolescentes constet: duo certe illa præstare atque efficere debeo, ut & id non esse publicis Scholis adscribendum ostendam, & veras hujus ipsius rei causas investigem ac proferam: quo, iis repertis atque enunciatis, neque ullus in animis hominum scrupulus aut dubitatio relinquatur, & ab hujus criminis suspicione publicas abesse Scholas magis ac magis intelligatur. Itaque duplex mihi actio ex una illa criminatione nascetur: quarum altera in purgatione criminis, altera in diuturnitatis hujus causarum investigatione versabitur. Tertia denique illa omnium gravissima adcedet actio de moribus. Verum duo hæc quidem alias: nunc primum illud, si placet, de docendi diuturnitate videamus.

Nimis diu in Scholis publicis detineri Juventutem queruntur. Si Scholarum ipsarum id vitio contingit: gravis sane querela, justa reprehensio,

res

res ipſa denique omni animi adverſione providenda atque emendanda. Neque enim aut tam longum eſt homini ad vivendum ſpatium a natura conceſſum, aut tam modica hujus ipſius vitæ occupatio eſt, ut non vel in unius anni jactura damni plurimum fiat. Si non publica, ſed privata juventutis inſtitutione hoc adſequimur, ut aliquot annos, aut etiam menſes, otio ac ceſſationi, hoc eſt, morti cuidam demptos, agendo cognoſcendoque, id eſt, veræ hominis vitæ, addere poſſimus: valeant doctores publici, gymnaſia autem publica non claudantur modo, verum etiam diſturbentur. Non juventus propter gymnaſia, ſed propter juventutem gymnaſia ſunt: huic illa oportet, non hanc illis adcommodari. Potior ſit omnium ratio, quam paucorum: nec conſuetudini, ſed utilitati publicæ ſerviatur. Equidem, quod ad me adtinet, provinciam hanc docendi meam, quam jamdiu maximas inter ærumnas gero, non modo non invitus, ſed lætus atque alacer deponam. Videbor mihi aliquando liber, ſi meis me litterulis ſine interpellatoribus dedero: & aliquid fortaſſe diſcere incipiam, quum alios docere deſtitero. Magnam habeo pri-

vatis doctoribus gratiam, qui me hoc onere, quod vix ferre jam possum, levabunt; nec minorem meorum auditorum parentibus, qui, quo celeriores liberis suis cursus doctrinarum præstent, moram mihi omnem ad easdem inflammato studio ab ipsa pueritia contendenti, removebunt. Probo consilium; propositum laudo; & egregiam istam nullas in vita negligendi litteras voluntatem, ac tamquam avaritiam temporis, vehementer esse commendandam puto. Placet vox illa mihi parentum, & cum plenam charitatis erga liberos, tum etiam sapientissimam judico. Volumus, inquiunt, grammaticos esse liberos nostros, volumus esse rhetoricos: sed mathematicos, sed philosophos, sed theologos, sed reliquis doctrinis omnibus instructos esse non nolumus. Neque ulla pars vitæ studiis vacet, neque omnis uni studio ætas addicatur. Prima celeriter percurrantur, ne nimis sero ad extrema veniatur. Ut non multum ad carceres hæseris, haud multum tibi admodum, ad metas ut pervenias, supererit. Non igitur in Scholis publicis juventus misera consenescat: non in grammaticis, non in rehetoricis pars vitæ maxima, ac vere opti-

optima consumatur : suum etiam reliquis disciplinis tempus , suum studium , suaque opera tribuatur.

Hæc qui commemorari audierit, & tam serio graviterque agi a plerisque parentibus animadverterit ; profecto cum illos præclare sentire magnificeque loqui intelliget , tum illis obtemperandum , eorumque egregiam hanc voluntatem omni ope adjuvandam existimabit . At vero quum idem deinde videat , dimissos e Scholis publicis adolescentes non ad alias facultates ferme contendere , sed , omni omnium litterarum abjecta cura, vel male agere , vel agere id unum , nihil ut agant : sane miretur , quid tantopere properato opus esset ; cur nihil longius parentibus videretur , quam ut illi , sæpe nondum satis eruditi , e gymnasiis excederent ; cur denique non eam partem ætatis, quæ maxime proclivis ad vitia est ac lubrica , maluerint a suis sub Magistrorum liberali disciplina , quam in licentia , otio , desidiaque consumi .

Quotus enim quisque est ex iis , qui tam celeriter gymnasia reliquerunt , aut , ut ipsi loquuntur , studiorum curriculum confecerunt , quibus non hæc ipsa studia , non cupi-

ditatem ac ſitim, ut fieri oportebat, incendiſſe, ſed faſtidium ac ſatietatem adtuliſſe videantur? Num eruditorum cœtus celebrare, num commentari, num ſcribere eos aliquid, num denique lectitare ſcriptores ullos, niſi ſi forte aut Marinum, aut Guarinum, aut aliquem eorum ſimilem ſuſpicamur? non eos tota paſſim urbe compoſito ac delibuto capillo, molliſſimo inceſſu, muliebri prope cultu concurſare? non matronarum cathedris aut curribus hærere? non ludis; non ſpectaculis omnibus intereſſe? non etiam popinas ac tabernas frequentare? non amoribus inretitos? non voluptatibus captos? non ære alieno obligatos, atque adeo preſſos videmus? Unum modo habent, in quo reprehendi non poſſint. Nam vigilantes eſſe audio; qui quidem totas noctes in alea choreiſque conſumant. Si qui autem aut equis, aut canibus, aut gladiis, aut fidibus delectantur; ii demum eſſe aliquid, ac multum quidem agere exiſtimantur. Et vero non plane nihil agunt, ſuntque in eo ipſo, quod agunt, quantulum id cumque eſt, ſi non laudandi, at certe ferendi. Sed videtis, quomodo deſciverint, & in pejus lapſa ſint omnia: ſiquidem

dem quæ vitia non ſunt, eas virtutes ducimus, & in laude ponimus, quæ vix vituperationem effugiunt. Nam certe & equitare, & venari, & digladiari, & canere non multum veræ laudis habent, iiſque eſſe impenſius deditum haud multo eſt plus, quam eſſe in ipſis occupationibus otioſum, ſive in ipſo otio occupatum. Vere igitur mihi videor eſſe dicturus, quidquid longioris temporis in hac quidem vivendi ratione (quæ tantum a conſuetudine inſtitutoque majorum deflexit, ut non iis, ſed aut Ægyptiis, aut Aſianis, aut Sybaritis, aut ſi quæ delicatiores mollioreſque fuiſſe gentes memorantur, prognati eſſe videamur) quidquid, inquam, longioris temporis in adoleſcentium inſtitutione conſumeretur, non id bonis ullis artibus aut doctrinæ, ſed deliciis, ſed voluptatibus, ſed, ut leviſſime dicam, otio atque inertiæ ſubductum iri. Quæ quum ita ſint, utinam hanc mihi facultatem cauſa daret, ut poſſem hoc confiteri: diutius, quam addiſcendis litteris eſſet ſatis, adoleſcentes a Scholis publicis detineri. Hoc ego crimen non reformidarem, ſed libenter agnoſcerem, nec modo non refutandum, ſed mihi præ me feren-

dum putarem . Quum enim morum potior ac probitatis , quam eruditionis cura esse debeat , præstetque improbis ac noxiis civibus carere , quam litteratis hominibus abundare rempublicam : quid ad publicarum Scholarum decus ac laudem commemorari a me inlustrius posset , quam eas hoc in hac vita moribusque præstare , ut quantum moræ in docendo juventutis eruditioni adferunt , tantum temporis adultioris ætatis licentiæ , aut certe inertiæ detrahatur ? Sed non licet tantum bonitatis atque splendoris causæ adrogare : non possum Scholis publicis diuturnitatem in docendo istam salutarem , non singulare in rempublicam beneficium meritumque tribuere . Id igitur sumamus , eoque contenti simus , quod simplex veritatis ratio , & causa ipsa concedit . Neque enim ejusmodi illa est , ut , nisi mendacio nixa , non possit firmitate sua , ipsaque veritate consistere . Nego longiora , quam addiscendis litteris necesse est , in Scholis publicis disciplinarum esse curricula : nego domestica privati cujusquam doctoris institutione fieri contractiora .

Atque hoc quidem posterius cum illa exceptione dictum intelligi volo ,

ut ,

ut, si publicæ institutioni privata adjungatur, atque altera ab altera mutuo vicissimque adjuvetur, non negem multum sane id ad discendi celeritatem conferre: illa modo præscriptio in hoc genere cautioque adhibeatur, in eoque sita esse omnia existimentur, ut, non solum non contraria, sed ne diversa quidem alia ab alio doctore tradantur; & ut privatus ille non princeps ac dux in instituendo sit, sed veluti quidam administer ac comes, & tamquam partium secundarum se esse actorem patiatur. Hæc si fiant, si domesticus hic suam ad illius publici institutionem adcommodet, si eadem discentibus ab utroque inculcentur, si domestici operis, si scholastici ratio repetatur, si denique id agatur, ut, quæ in publicis puer Scholis didicerit, ne ea per negligentiam socordiamque domi dediscat: absolutissimum fore opus censeo, nec quidquam ad doctrinam celeriter adripiendam fieri posse adcommodatius puto.

Licet hinc etiam omnes intelligant, id quod superiore actione testatus sum, privatis me non esse doctoribus infensum, quorum in discipulis instituendis operam & vehementer probem, & mihi etiam deposcam

ac flagitem. Utinam multos tales nancifcar, qui in excolendis, tamquam agris, adolefcentulorum ingeniis, jugum pariter mecum ferre non detrectent. Utinam ea facultas omnibus difcipulorum meorum parentibus detur, ut liberis fuis privatos etiam adhibere doctores poffint. Magna profecto me laboris ac moleftiæ parte liberarent (quamquam id eft levius, nec, mihi ut tribuatur, poftulo) fed certe valde ita liberorum bono ftudiifque confulerent; valde id ad eam, quam potiffimum ipfi fpectant, difcendi feftinationem conduceret.

In quo fane mirandum eft, vehementius nos de fuis fuorumque commodis laborare, quam ipfos; nec nobis tamen parem gratiam pro tam liberali voluntate fingularique ftudio referri. Nam nos quidem, quo citius inftituere eorum liberos atque erudire poffimus, privatorum doctorum operam ac minifterium ultro advocamus: ipfi noftram operam adfpernantur atque reiiciunt; maluntque a folis privatis, quam conjunctim a publicis, in fuis liberis erudiendis elaborari: quafi non modo non erudire eos, fed ne conferre quidem aliquid five ad eorum eruditio-

nem,

nem, five ad erudiendi celeritatem poffemus, fi ad privati doctoris præcepta atque inftitutionem noftra vox etiam, noftræque facultatis, & induftriæ nonnihil adcederet.

Sed nimirum non odio id noftri, neque quo de facultate noftra fecus, ac nos vellemus, exiftiment, fed plane amore ac miferatione quadam commoti impulfique faciunt. Vident confluere undique ad nos plures, quam ut uni tanto tot erudiendorum oneri ferendo pares effe poffimus. Vocem profecto ipfam, ne fi Stentorea quidem fit, tantæ auditorum frequentiæ fufficere non putant poffe. Nobis parcunt; noftris viribus ac valetudini confulunt; minus occupatis atque diftentis laborem atque onus imponunt.

Quis non hac tanta tamque inufitata humaniffimorum virorum benignitate capiatur? Cujus non publici doctoris animus ac voluntas ad mutuo refpondendum tantæ erga fe benevolentiæ, follicitudini, curæque excitetur? Nemo, ut opinor, eorum eft, qui non eo etiam ægrius ferat, nequaquam ad fe talium parentum liberos mitti, quo magis ad fe fuaque commoda intelligunt non mittendi cauffam pertinere. Nobifcum igitur præ-

clare

clare agitur: major nostri ratio, quam vulgo existimatur, habetur. Redeamus sane cum iis hominibus in gratiam, a quibus vanis quibusdam suspicionibus, fictisque malevolorum ac disseminatis rumusculis abalienati eramus. Nihil est de nostra dignitate aut existimatione detractum: aliquid etiam commodis nostris est, degendæque vitæ tranquillitati concessum. Privatis doctoribus timeo. Vereor, ne majus iis onus, quam quod ferre possint, imponatur. Levari nos labore molestiaque gratum est: gravari eos opprimique non est æquum. Atqui, nisi provisum sit, quantum adsequi conjectura possum, debilitentur nimio labore, atque inter opus deficiant, necesse est.

Video enim eo illos fere arcessiri, ubi robusta firmaque ætate florens paterfamilias, amans reipublicæ civis, non infœcundam uxorem superum benignitate nactus, catervas liberorum patriæ ac gentis incremento procreavit. Nec vero eos genetrix, ut terra parens Titanas, uno omnes conceptu satuque fudit. Quamquam omnes multum de parentibus referant, fratresque eos esse germanos vel primo adspectu possis agnoscere: at ætate, at ingeniis, at doctrina diffe-

ferunt. Maximus quidem natu, nec jam impubes ac puer, sed plane juvenis, ceteris ut ætate, sic etiam eruditione antecellat necesse est. Eum ergo rethoricis institutionibus atque poeticis maturum autumo. Proximus quidem is videtur, qui earumdem facultatum initiis, & mitioribus quibusdam litteris sit atque humanioribus imbuendus. Reliquos deinceps minores illos in grammaticis detinendos omnes exercendosque censeo; sed ita, ut non omnia omnibus æque conveniant; verum ut minimis prima illa nominum verborumque elementa tradantur; grandiusculi participiorum, gerundiorum, reliquarumque rerum grammaticis illis tamquam mysteriis initientur; tertiis intimior Latinæ syntaxis ratio explicetur. Quid vero festivissimo illo puellularum choro faciemus? Nonne ipso ore gestuque declarant, cupere se etiam ac velle una cum fratribus erudiri? Easne lanam modo ac colum ancillari ministerio semper tractare patiemur? non indoli naturæque indulgebimus? non honestissimæ voluntati obsequemur? Nolo Pieridas esse mulieres, sed nec plane amusas ac rusticanas evadere. His igitur sua quoque cura impendatur: sciatque pri-

va-

vatus noster recensque doctor, postremum hoc ab se expeti munus atque exigi, ut rationem legendi scribendique puellas etiam duas, tresve, quattuorve doceat.

O miserum atque infelicem, quisquis is est, cui tam multiplex, tam varia, tam impedita procuratio demandatur! O gravem! o ærumnosam! o horribilem vitæ conditionem! Hoc nimirum illud erat, quod verebar, idque animus quasi divinans præsagiebat, fore, uti misericordes isti parentes, qui aliquid ex labore nostro, nostrisque occupationibus, domi suos liberos continendo, deonerare vellent, nimium iidem ac non ferendum onus in privatos doctores traiicerent atque transferrent. Miseret me certe hominis istius, qui tantis litteris instructus atque abundans, quantas oportet esse ei, qui non unus e multis, sed inter multos prope singularis, a copioso & locuplete patrefamilias conducitur, ut grammaticum, ut poetam, ut rhetorem, ut mathematicum, si necesse est, ac philosophum apud se agat, primum totos dies cum pueris puellisque vir gravissimus, & doctissimorum hominum cœtibus sermonibusque adsuetus, versari cogatur: deinde aciem

inge-

ingenii sui, vimque doctrinæ prope immensam in exiguum arctumque concludat, & facultatem suam in orationibus, poematis, theorematisque subtilissimis exercitatam ad levissimas sane putidulasque præceptiunculas demittat ac contrahat.

Sed quid facias? Ita homines sunt, ut, quæ vitæ conditio acerba tibi ac non ferenda videatur, eadem aliis valde probetur atque expetatur. Dimittamus igitur istos, qui privati magisterii provinciam, tamquam formosam aliquam multisque procis petitam sponsam nacti, non modo ut sui misereamur, non postulant, verum etiam sibi invideri a nobis putant. Sed habeant sane sibi totum istuc, quidquid est, formæ mirificæ atque elegantiæ: me quidem certe rivalem non habebunt.

At vero, si non eorum, quod ita ipsi malunt, miserebor; non poterit certe mihi, non vobis, Florentini, non prudentissimo cuique viro tot ingenuorum una in domo conditio non miseranda vehementer videri. Unusne tam multis, in docendi generibus dissimillimis, sufficiet? An possunt omnia promiscue omnibus tradi? Nihil inter lectionem scriptionemque differt? rhetoricæne præ-

ce-

ceptiones possunt grammaticis discipulis adcommodari ? Non alia oratorum, alia poetarum est institutio ? quid orationi cum carmine ? quid figuris dicendi cum emendata loquutione ? quid scriptori cum anagnoste ? Alius alii sit impedimento necesse est. Quantum uni tribueris, tantum subripueris alteri. Non potes non aliquem negligere, qui omnes complecti velis : nisi autem omnes complexus fueris, certe aliquem negliges. Non intelligo, quid ista domestica institutione discipuli tam dispares adjuventur. Temporis compendium, in ista tam multiplicis doctrinae ratione, non video. Ut multum operae singulis culturaeque impendatur, vix poterit quoque die sesquihorae spatium unicuique contingere. Quantulum autem est hoc, non dico ad discendi celeritatem, sed ad mediocritatem sciendi ? Tu mihi etiam Scholas publicas criminaberis, ac nimis longam in iis esse institutionem quereris ? Quinque solidas diurnas horas eamdem, ut dicitur, incudem tundimus. Idem opus sive grammaticum, sive rhetoricum, sive poeticum sine intermissione urgemus. Ferrea sint licet, quae tractamus, ingenia ; cedant tamen repetitis ictibus necesse est, atque mol-

molleſcant. Aut nullum docendi diſcendique compendium eſt, aut hoc eſt profecto, eadem iiſdem diuturna opera perpetuaque inculcare.

Placet, inquiunt, conſilium: ſic igitur faciemus: ſingulos ſingulis liberis noſtris privatos doctores adjungemus, qui eadem adſidue iiſdem inculcent. Id ſi fecerimus, profecto vicimus. Neque enim tam celeriter publico doctori, qui tam multos vulgo ſuſcipit inſtituendos, erudire ſuos licebit, quam privatis noſtris, qui uni ſeſe totos impendent.

Heic ego, tam ſubita tamque acuta iſtorum interpellatione oppreſſus atque perculſus, quid tandem, Florentini, reponam? Quid me vos reſponſurum putatis? Fortaſſe id dicam, quod dicturum me nemo veſtrum ſuſpicatur. Videte, quam non ego meam cauſam agam, ſed pro litteris, & pro publicis utilitatibus ac commodis laborem. Quod quidem mihi publicos doctores conceſſuros certo ſcio, nec me prævaricationis alicujus acturos reum, ſi quod eſt pleriſque mortalibus maxime gratum, reipublicæ autem ipſi prope æque ſalutare futurum, quamquam minus Scholis ipſorum utile, hoc tempore dixero. Ego vero, ſi qua in civitate tanta ſit excel-

cellentium doctorum copia , ut singulis adolescentibus singuli excellentes doctores possint adtribui , non dubitabo privatam istiusmodi institutionem si non publicæ anteferre , at certe cum ea propemodum comparare . Ne sic quidem publicæ institutionis illa , quam quærimus , brevitas celeritasque æquabitur : verumtamen neque tanta erit hujus privatæ diuturnitas , ut non , in hoc hominum tam insolenti publicarum Scholarum fastidio , ferri quodammodo atque adeo negligi possit . Sed tam multos istos excellentes ubinam reperire doctores possumus ? Fac reperiri . Ex iis ipsis quam multi a privato magisterio isto , humili , obscuro , ærumnosissimoque abhorrebunt ? Quo magis excellent , eo minus volent : facultati obstabit ambitio : præstantia dignitate obruetur . At amplissimis præmiis propositis , promissisque ingentibus invitabuntur . Quid dicam hoc loco , plane nescio , Florentini . Non enim divitias cujusquam civis , neque munificentiam satis novi . Unum tamen illud dicere non omittam , hoc vulgo in magistris sive privatis sive publicis conducendis adcidere , ut , qui liberales in eos munificique esse vellent , ferme non possint ; qui pos-

sent ,

ſent, nolint oppido. Nec vero nonnullorum etiam querelis non aliquando interfui, qui ſecum valde inliberaliter, & certe non ut pro ſua opera atque in erudiendis pueris labore æquum erat, agi a parentibus dicerent. Quos quidem ita conſolari conſuevi, ut præteritorum memoriam temporum repetens, haud aliter in omni ætate cum magiſtris actum eſſe a parentibus doceam: ſoleoque illos ad luculentum ſane auctorem Juvenalem (a) reiicere; qui, commemoratis inſanis hominum ſua tempeſtate locupletiſſimorum ſumptibus, ita de eorumdem in filiorum magiſtros parſimonia avaritiaque teſtatur:

Hos inter ſumptus ſextertia Quintiliano,
Ut multum, duo ſufficient.

Tum ad extremum non ſine quodam fatidico mentis inſtinctu, quo non ſuam modo, ſed conſequentes etiam ætates, noſtramque hanc adeo complexus eſt, egregius vates ac plane vates exclamat:

Res nulla minoris
Conſtabit patri, quam filius.

Verum hæc ego, conſolandi cauſa ne-

(a) Satyra VII. v. 186.

necessarios meos, aliquando soleo, non exprobrandi cujusquam divitis consuetudinem, commemorare. Sed profecto videtis, rationi illi atque instituto, singulos excellentes doctores singulis adolescentulis adhibendi, sive excellentium paucitatem, sive eorum ipsorum in summa etiam copia voluntatem, sive demum parentum parsimoniam adversari: ut omnino de talibus consultare, optantis magis sit, quam rem explicatam, quæque fieri in hominum vita possit, in medium adferentis.

Sed certe aliquis aliquando reperietur parens, cui & conducendi liberis suis egregii doctoris facultas suppetat, nec voluntas non suppeditet. Quid? plus tum domestica, quam publica institutio valebit? Unus uni addictus plus proficiet, quam in Scholis publicus doctor multis deditus? Continget id fortasse aliquando: contigisse etiam nonnumquam possim concedere: sed neque ex iis, quæ solent perraro contingere, agendarum in vita rerum constituenda ratio est ac moderanda; neque certe id ipsum, quod aliquando sive contigisse, sive contingere posse confiteor, docentium facultati est, sed

di-

discentium præstantiæ, singularibusque ingeniis tribuendum. Valet, si quando id evenit, vis animi excellens quædam, non disciplina: non ratio, sed natura dominatur. Da celeres in adolescente ingenii atque acutos motus; da acre discendi studium; da sciendi incensam atque inflammatam cupiditatem: adde eo animi generosam quamdam indolem atque excelsam, quem vinci pudeat, qui ne parem quidem ferre possit, sed primas in litteris petat ac concupiscat, gloriæque stimulis acerrimis concitetur: næ iste, tantis bonis ac dotibus cumulatus, haud multum sane magistri ullius institutionem requiret. Simul ac prima tradideris, ac, tamquam forti equo ac generoso, stadium curriculumque commonstraris; impiger ad metas sine duce aut rectore provolabit. Factum hoc etiam in Scholis publicis, & me discente commemini, & me docente expertus sum, ut incredibiles quidam ad omnem litteraturam talium ingeniorum, atque admirabiles cursus exstiterint. Quid quod de Torquato Tasso, principe illo epici apud Italos carminis a lite, proditum memoriæ

est

est (a) eum a Bernardo patre, vix dum quadrimum, meæ sodalitatis homini-

---

(a) In vita Torquati Tassi ab Joanne Baptista Manso conscripta, & Florentiæ anno 1724. edita, cap. 12. * Era di que'
„ tempi venuta novellamente in Napoli
„ la Compagnia de' Padri del Gesù: la
„ quale comecchè poscia abbia con mara-
„ viglioso processo scorso tutto 'l Cristia-
„ nesimo, ed illustratolo con chiarissimi
„ lumi di sapienza e di santità: allora
„ tuttavia essendo picciola famigliuola, e
„ di poco tempo prima ragunata, e non
„ avendo molta fama, fu riccvuta da quel-
„ la città, madre d' opere sante e ma-
„ gnifiche, nella vietta, che chiamano
„ del Gigante: dove eglino aprirono in
„ prima una picciola Chiesetta, e le loro
„ usate Scuole: nelle quali cominciaro-
„ no con maraviglioso frutto a seminare e
„ nelle prediche e nelle lezioni santa e
„ profonda dottrina. Nelle costoro Scuo-
„ le adunque Torquato, menando ancora
„ il quart' anno degli anni suoi, fu dal
„ padre mandato a compire gl' incomin-
„ ciati studj... Il che fece il fanciullo
„ con tanto ardor d'animo, che non si la-
„ sciò mai cogliere dal nascente giorno
„ nel letto: anzi assai sovente s' alzava di
„ notte tempo; ed aveva così gran fret-
„ ta

minibus, qui recens ludum Neapoli aperuerant, in publicam disciplinam traditum ac commendatum, usque adeo in litteris tamque celeriter profecisse, ut septennis & Latinam perbene linguam nosset, & Græcam non ignoraret, & versus & orationes scriberet, & ad coronam, quæ scripserat, recitaret?

Sed ego non exemplis singularibus abutar: non, quod aliquando, quod præter consuetudinem, quod alia fortasse de causa adcidit, continuo id publicis Scholis adscribendum putem. Quod more, quod plerumque, quod rei ipsius efficientia quadam naturaque fit, id in omni disputatione va-

 leat,

„ ta di esser menato al maestro, che fu
„ mestiero talora alla madre di mandar-
„ lovi innanzi dì co' doppieri accesi, per
„ vedere la strada. Quivi fece egli così fe-
„ lici avanzi, che in altri quattro anni
„ apparò presso che perfettamente la lin-
„ gua Latina, ed in gran parte la Greca,
„ e per sì fatto modo le regole intorno
„ all'arte del favellare e dello scrivere ac-
„ conciamente ed in prosa ed in verso,
„ che compiuto il settimo anno dell'età
„ sua, compose e recitò pubblicamente
„ orazioni e versi con nuova maraviglia di
„ chi l'udiva. ec.

leat, id omni causæ ac controversiæ suffragetur.

Sic igitur statuo: unius doctoris in uno erudiendo impensam atque occupatam operam minus vulgo esse utilem, quam multis in eodem genere institutionis addictam. Qui tandem hoc demonstrari potest? Quia plus a multis unus, quam ab uno adjuvatur. Quid ais, o bone (dicet aliquis) quæ rerum portenta narras? inludisne tu nobis: an te stultissima opinione ludi atque agi transversum sinis? Hoc quidem ridiculum est, magistros putare a discipulis adjuvari; nec docendi munus onus esse quoddam videre, quod, quo plures docendi sunt, eo magis, non minuitur, sed augetur.

Hoc mihi certe ignotum esse non potest, esse onus & sane grave ac permagnum, atque Æthna (ut dicitur) gravius, docere. Sed ne illud quidem ignorari a me existimandum est, discentiumne multitudine adlevetur id onus, an gravescat. Levius certe fieri, quicumque mercede docent, eoque levius, quo plures docent, confitebuntur. Verum iis quoque, qui non mercenariam operam suam locant, sed gratuitam impendunt, scitote idem videri,

idem-

idemque usuvenire, ut multitudine potius discipulorum, quam paucitate subleventur. Quod oratoribus concio, quod recitatoribus cœtus, quod actoribus corona, hoc est auditorum frequentia doctoribus. Contrahuntur animi solitudine, adflictantur, concidunt: languescit industria, frangitur actio, vox denique ipsa debilitatur. Nec modo ita fit natura: sed judicio id etiam ac voluntate faciunt. Insani enim esse hominis arbitrantur, aut vocem validius intendere, aut actionem acrius commovere, aut vehementius animis concitari, denique non modice, non leniter, non remisse omnia aut eloqui aut agere, ubi vix sit, qui te exaudiat, & cujus causa tantum contendere conarique debeas. Contra vero erigimur, recreamur, commovemur frequentia; causamque esse justam putamus, cur & voce & actione & animis excitemur, ubi plurimos in nos intentos, & tamquam ab ore pendentes nostro intuemur. Jam vero quantum de ardore animi, deque actionis vocisque motu ac contentione remittitur; de vi ac facultate sive docendi, sive persuadendi, sive efficiendi denique quidpiam in eorum mentibus, ad quos adhibetur oratio, fere deperditur.

eoque minus ad comprehendendam, tamquam aliquam flammam, vim orationis atque doctrinæ est aptus auditor, quo frigidior ad eum atque languidior, sive orator, sive doctor adcedit. Hæc scilicet nemo non ita contingere, ac necessario quidem contingere intelligit.

Quod igitur possumus studium ab eo doctore, quam alacritatem, quam vim in docendo contentionemque exspectare, cui, tamquam fabulam acturo, ædium angustissima maximeque abdita zothecula totum theatrum sit, consessus spectatoresque puerulus? Exanimetur mente, actione torpescat, lingua etiam hæsitet necesse est. Nolim hunc ego valde esse doctum. Æquius tolerantiusque tantas rerum angustias diritatesque feret indoctior. Quo est enim quisque eruditior, hoc luce magis frequentiaque delectatur: hoc se majore theatro dignum putat.

Verum me quidem non magis iste doctor, certe miserandus, quam docendus ille, qui timidus ac verecundus, mærens, terramque intuens adstat, ingenuus puer movet. Videor enim illi adesse, ac tamquam præsens præsentem intueri. O miserum atque infelicem, & certe non

ista

ista fortuna dignum! Quid mæres, miser, quid me identitem adspectas, quid suspiras, quid ingemiscis? Misericordiam tibi ego, doloremque meum possum impertiri; solatium ac salutem non nisi parens potest. Qui tibi animus, miser, quæ mens, quæ vita soli cum solo, tristi, severo, horrido, fortasse etiam moroso, clamoso, plagoso, inhumano? Nonne necesse est, ut aviculas videmus a gregalibus cavea disclusas, despondere, macescere, interire; ita te misellum æqualium cœtibus interclusum, & tamquam cœlo libero prohibitum, tanta in solitudine ac tenebris brevi contabescere atque emori? Sed fac vivas; atque utinam felix diuque vivas: at non speret pater, te tanta confectum cura, tantoque mærore perditum, adflictum, exanimatum, lucis vitæque pertæsum, excitaturum esse umquam animum atque erecturum, & illos, quos somniat, in litteris processus celeriter esse effecturum.

Sed nos jam ex hoc privati laris, tamquam carceris, horrore ac solitudine ad publicarum Scholarum lucem ac frequentiam conferamus. Nitent heic mihi omnia, rident, gestiunt: nihil squalidum, nihil triste, nihil

obſoletum . Placent mihi ſubſelliorum illi ipſi gradus atque ordines , ut me ingredi quoddam theatrum exiſtimem . Placent pendentes parietibus coronæ , tubæ , vexilla : tam multa illa litterariæ , tamquam bellicæ , virtutis inſignia ; Pœnorum leones illi , Romanorumque illæ aquilæ , tantaque magnarum rerum , ut in ſcena , ipſa imitatio placet . Conſeſſus vero ille tam frequens , tam honeſtus , tam ſplendidus tot ingenuorum ; mundities , cultus , vultus illi feroculi , magnum quiddam ac præclarum minitantes , cui tandem poterunt diſplicere ? Quanta alacritas ? quanta ſedulitas ? quanta æmulatio ? Quæ ſpes ? qui timor ? quæ cura ? Ingenii enim mox eſt , memoriæ , doctrinæ , diligentiæ faciendum tanta in celebritate periculum . . Procedit ecce publicus doctor : gymnaſii limen ingreditur . Omne murmur ac ſtrepitus , ſi quis erat , illico conquieſcit . Adſurgitur : fit honeſtiſſima perſalutatio : conſiditur : nihil ceſſatur . Jubentur prodire ex adverſis partibus aliquot , tamquam pugilum , paria , & in mediam arenam ad certamen luctamque deſcendere , & memoriter inſigniorem aliquem veterum , ſive oratorum , ſive

poe-

poetarum locum alternis vicibus recitare. Consistunt in medio gymnasio duæ utrimque adolescentulorum acies, magnorum exercituum instar atque animos gerentes. Datur pugnæ signum: confligitur: recitatur. Qui cursus verborum, Deus immortalis! quæ linguæ celeritas! quam nulla hæsitatio! Ut imminent adversarii! ut instant! ut urgent! ut moram adferre aliquam student! ut offendicula iniiciunt! ut deiicere ac deturbare stantes omni ope vique conantur! Nec, si non potuerunt, tamen animos demittunt: æque se vicissim restituros, neque loco movendos ac pervertendos confidunt; &, si non vicerint, non esse tamen vincendos sperant. Instauratur de integro certamen: atrocior pugna committitur: hos successus ferociores, illos anceps prœlii eventus ex omni parte cautiores facit. Fit clamor, impetus, incursus: petitiones propemodum gladiatoriæ coniiciuntur: aliquæ declinantur, non omnes. Qui enim id in tanto animorum ardore ac pertinacia possit? Heic lapsus aliquis concidit. Clamorem victores tollunt, gestiunt, exsiliunt, gratulantur: supplicationem prope sibi decerni ac triumphum postulant. Silent

contra victi, dolent, indignantur, inlacrimant. Excedunt tamquam saucii ex acie; integri recentesque succedunt, qui hostium effrænatos impetus atque insolentiam frangant ac comprimant. Pugnatur rursus infestissimis animis: stat aut gloriose vincere, aut honeste cadere: hæret vir viro, pes pedi: manus manu conseritur: vi geritur res. Pulvereæ adeo nubes, pedum supplosione & corporum agitatione, tolluntur. Quod ubi doctor animadvertit, rem plus nimio calere, & prope ad internecionem atque exitium adduci, furentes auctoritate sua nutuque cohibet, atque, ut Virgilianus ille Æolus,

Mollitque animos & temperat iras: (a)

conlaudatisque victoribus, præmioque ornatis, & tamquam bonus imperator, suorum virtute rebusque gestis vehementer lætatus, receptui cani jubet; sed ita, ut faciat tamen victis certaminis in alio quodam genere potestatem. Non pugna desistitur, sed locus atque arma mutantur. Scribendo, interpretandoque decertant. Pugnatur eminus nihilo segnius, quam modo pugnatum

(a) Æneid. 1. v. 61.

tum eſt cominus. Idem animus, eadem vis, eædem rerum fortunæque viciſſitudines. Ita poſt multas in acerrima contentione conſumptas horas, quum ſe propter ardorem animi tamdiu contendiſſe vix ſentiant, in caſtra præclaræ cohortes dimittuntur; domum diſceditur; curantur corpora; ad aciem, ad ſolem, ad pulverem haud ita multo poſt reditur: eaque toto anno perpetua ſibique ſubcedens exercitatio in Scholis publicis contentioque ſervatur.

Heic mihi quiſquam audeat ſegnem illam privati doctoris atque intermortuam diſciplinam obiicere, aut vero etiam commemorare? Quiſquamne privatas Scholas publicis anteponat, faciliorefque in illis, quam in his doctrinarum eſſe curſus contendat? Quid illis magis impeditum? quid autem his commodius atque explicatius? Heic frequentia, illic ſolitudo; heic alacritas; illic torpor; heic contentio, illic quies; heic emulatio, illic ſecuritas: denique in illis ſtatuere hoc nemo poſſit, plurane incommoda docentium facultatem, an diſcentium induſtriam remorentur; contra in his omnia ſunt cum ad diſcentium utilitates, tum ad docentium rationes maxime adcommodata. Agitur heic ſemper aliquid, in litteris adſidue vivi-

 tur,

tur; non torpent animi, non languescunt: laude, ignominia; spe, timore; præmiis, suppliciis excitantur. Quam potest quisquam hinc exsistere docendi moram, quam discendi diuturnitatem comminisci? Nonne omnia eo potius referri ac collineare intelligimus, ut quam fieri potest celerrime brevissimeque discatur?

At doctrinæ tradendæ turba obstat; nec, perinde ut uni privatus, ita multis potest se totum publicus doctor impendere.

Quid si non unus privato, sed plures, ut vulgo fit (nam quid in re quotidiana atque perspicua diutius inludi patiamur?) quid si, inquam, non unus privato, sed plures sint adolescentuli adolescentulæque simul instituendæ? Nonne domestica hæc etiam turba doctrinæ tradendæ obstare existimabitur? Singulisne se totum poterit, idque in dissimillimis doctrinæ generibus, privatus doctor impendere? Cur ea publicis Scholis a privatarum patronis obiiciuntur incommoda, quibus privatæ ipsæ vacare non possunt? Quid unus iste uni addictus tam sæpe jactatur, si non uni plerumque, sed multis, iste nescio quis unus addicitur?

Sed esto; uni addicatur: quid tum?

tum? An minus unus non uni in Scholis publicis sufficit? Non sufficere, possim fortasse in iis publicis Scholis concedere, ubi multa multis ab eodem doctore traduntur: quas ego Scholas sive a defensione mea reiicio ac separo; sive, quoniam id non est necesse, ab aliis commodis, quæ sunt illis cum nostris communia, emolumentisque defendo. At vero in reliquis publicis plerisque Scholis, in quibus singulæ separatim disciplinæ ejusdem ordinis adolescentibus explicantur, ubi eadem discentium est institutio, unaque docentis opera præceptioque consumitur, non magis doctrinæ tradendæ turba, quam exaudiendæ doctoris voci, impedimento esse potest. Non, quod multis dicas, minus singuli exaudient: neque minus singuli discent, quod multos doceas. Tota singulis auditoribus unius vox una contingit: tota discentes singulos institutio una unius informat. Quæ grammaticus doctor grammaticis; quæ rhetoricæ, humanitatis, poeticæve studiosis, aut rhetor, aut philologus, aut poeta præcipit multis; profecto non plus valerent, si uni, non multis, præciperentur. Non igitur obstet in Scholis publicis turba præceptis.

Num emendationi ſcriptorum? Id enim eſt alterum, quo præcipua earum doctrina continetur. Nam tertium illud, *Interpretari*, vel commode ad præcepta revocari poteſt, vel certe non habet præceptorum diſſimilem rationem. Ut enim multis ſimul eadem præcipimus, ſic eadem multis ſimul interpretamur. Quartum autem, quod nonnulli addunt, *Memoriam excolere*, a ſcholaſticis exercitationibus ſejungo. Domo enim adferuntur, quæ in Scholis memoriter pronunciantur. Una igitur ſcriptorum emendatio relinquitur: de qua illud breviſſime dicam, non modo non impediri eam turba, ſed adjuvari.

Cognoſcit domi privatus doctor, quæ ſcripſit alumnus ſuus: in qua quidem re, quæ ad ejus, quem inſtituit, eruditionem præſtat, ſive præſtare debet, fere illa ſunt, quæ ſapiens poeta (a) diligenti alienorum verſuum cenſori facienda præcipit:

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes,

Cul-

(a) Horat. in Arte poet.

Culpabit duros , incomptis adlinet atrum
Transverso calamo signum , ambitiosa recidet
Ornamenta , parum claris lucem dare coget ,
Arguet ambigue dictum , mutanda notabit .

Habetis a privato doctore scriptorum emendationem . Num quid reprehendo ? Nihil sane . Recte enim omnia atque ordine facta video , nec uni ab uno melius consuli posse intelligo . Sed mihi dicite , amabo vos . Si plures , non unus , illud idem scriptum ad privatum hunc doctorem adtulissent , atque eadem , quæ unus ille , peccassent ; minusne ceteris una illa unius emendatione consuleretur ? Certe non minus . Æque enim omnibus , qui eadem peccassent , eorumdem peccatorum emendatio prodesset . Quid , si alia unus , alia plures illi peccassent ? Nempe tum unius peccatorum reprehensio iis etiam , qui illa vitassent , valde conduceret ; sive quod , quum casu illa , non ratione vitassent , æque de illis admoneri eos necesse est , ac si nequaquam vitassent : sive quod peccati etiam judicio ac voluntate vitati reprehensio atque notatio vehementer ad ejus cum certiorem scientiam ,

tiam, tum firmiorem memoriam diuturnioremque facit: five denique, quod objurgatio illa aut etiam animadverfio, quam in unius reprehendendis peccatis, caftigandaque fegnitie adhibere doctores folent, reliquos a peccando non modo in eodem, fed etiam in fimilibus peccandi generibus continet. Hanc igitur multiplicem utilitatem ex unius peccatorum reprehenfione turba perciperet. Quid? unus ille, e cujus peccatorum reprehenfione tanta doctrina in reliquos, tamque infignis utilitas redundaret: num viciffim poffet ex aliorum peccatis ac reprehenfione proficere? Non poffet: fiquidem fola ipfius a doctore, illi uno addicto, peccata corrigerentur. Effetne hoc illi utile? Immo valde quidem adverfum, & difcendi celeritati maxime infeftum. Poffumufne aliquam rationem excogitare, qua hic quoque unus hac in doctrinæ parte adjuvetur, & ne tantis utilitatibus fructuque careat? Poffumus, & facili quidem negotio poffumus. Qui tandem? Reliquorum etiam, quos ad privatam hanc Scholam adceffiffe, atque idem, emendandi caufa, adtuliffe fcriptum fingimus, a privato doctore peccata proferantur, repre-

prehendantur, caſtigentur. Eamdem tum unus utilitatem ex multorum prolatis, reprehenſis, caſtigatiſque peccatis conſequetur, quam conſequi ex unius emendatione multos vidimus. Placet ita fieri? Quid ni placeat, ſi non alia ratione poſſumus hujus unius cumulatiori eruditioni doctrinæque conſulere? Quid hoc? Nonne, ſi ita fiat, tum ad emendationem ſcriptorum, maxime diſcentibus profuturam, turba advocatur? An non animadvertitis, e domeſtica nos in publicas eſſe Scholas delapſos? nonne publicum e privato doctorem fecimus? nonne ab illo unum adoleſcentulum, quo commodius is atque utilius inſtitueretur, abduximus, & inter æquales in Scholis publicis conlocavimus? Satiſne videmur confiteri (ſi res una illa, cui maxime turba obſtare videbatur, ſcriptorum nempe emendatio, diſcipulorum multitudine non impeditur, ſed adjuvatur) reliquam publicarum Scholarum inſtitutionem longe privatæ multumque præſtare, & ad celeritatem diſcendi eſſe maxime adcommodatam? Nam quid dicemus? Commodius una in domo multiplicem diſciplinam diſparibus alumnis impertiri, quam in Scholis publi-

cis eamdem cum paribus discipulorum ordinibus communicari? Hoc quidem cum rationi, tum rei ipsius naturæ adversari perspicuum est. An promptiores ad unum modo docendum alacrioresque privatos, quam ad multos instituendos publicos doctores adcedere? At solitudine concidere animum docentibus, facultatemque minui; contra excitari illum frequentia, hanc autem augeri constat. Discentiumne studia, privata institutione commoveri, publica retardari? At torpere solos, acui autem congregatis industriam, fierique eos ex æmulatione adsiduaque inter se contentione sollertiores vidimus. An denique præcipiendi, interpretandi, emendandique rationem uni magis adcommodari? quam nemo est, qui non æque pluribus convenire sine cujusquam detrimento intelligat: quum præsertim ipsa scriptorum emendatio in turba utilior ac multitudine evadat. Quid igitur dubitamus, publicas Scholas in invidiam ab obtrectatoribus imperitisque hominibus vocatas, & atrocissimi maleficii reas injuria factas, sententia nostra absolvere, & longe ab iis diuturnitatis in docendo abesse crimen, pronunciare? Dixi.

JAC-

JACOBI FACCIOLATI
ANIMADVERSIONES
CRITICÆ
In decimam litteram Lexici
Latino-Gallici
PETRI DANETII.
Accedunt nonnullæ in Thesaurum
BASILII FABRI,
Ad eandem litteram pertinentes.

ANIMADVERSIONES CRITICÆ

In Lexicon P. Danetii.

Ad litteram I.

1. DANET. *Jactatio*. Vanterie, vanité, oſtentation. *Inſolentiam & jactationem hominum ferre*. *Cicer*. Supporter l' inſolence & la vanité des hommes.

FACCIOL. Poſtrema Lugdunenſis editio habet *jactantiam* pro *jactatione*. Sed *jactantia* vox Tulliana non eſt. Locus porro, qui affertur a Danetio, non Ciceronis eſt, ſed Cœlii ad Ciceronem poſt epiſt. 9. lib. 10. ad Attic. *Nonnullorum hominum jactationem & inſolentiam ferre non potes*.

2. DANET. *Ignavitas, atis*. *Juſtin*. Voyez *Ignavia*.

FACCIOL. Vox hæc plane barbara reperitur in aliquo pravo Juſtini codice lib. 43. c. 3. ubi tamen a Criticis omnibus reponitur *exiguitas*, nec aliter legi poteſt.

3. DANET. *Ignoſco*. *Varr*. Connoiſtre. *Ignoſco priſtina furta tua*. *Propert*. l. 2. Eleg. 2. v. 56. Je ſçai, je

je connois tous vos crimes. *Hoc profecto nemo ignovit*. Aul. Gell. Certes, personne n'a connu cela.

FACCIOL. Ex tribus his Auctoribus nihil certi erui potest; ideoque absurda prorsus est istiusmodi significatio, quæ tribuitur verbo *Ignosco*. Nam locus Varronis est apud Nonium c. 4. n. 243. *Vos, in theatro, qui voluptatem auribus huc aucupatum concurristis domo, adeste, adeste, quæ feramque ignoscite*. Sed Vossius in Etymol. & alii leg. *gnoscite*. *Ignoscere furta* apud Propertium significat condonare, ut cuilibet legenti manifestum est. Præterquam quod ibi alii leg. *Ignoro*. Verba autem Gellii, quæ sunt in lib. 1. c. 3. ita ab omnibus efferuntur: *Hoc profecto nemo ignoravit*. Fortasse non deest aliquis codex, in quo sit *ignovit*. Sed nulla ratione defendi potest.

4. DANET. *Ile*, gen. *ilis*. *Plin.* Le menu boyau dans les animaux.

FACCIOL. Nego a Plinio usurpari hanc vocem singulari numero. Charisius autem negat fuisse usurpatam ab ullo Latino scriptore, lib. 1. pag. 72. edit. Putsch. Videtur usum hunc Servius probare ad Virg.

Virg. Æn. 7. v. 499. ubi refert frigidum hoc dictum Marulli Mimographi de guloſo homine : *Tu Hectorem imitaris ; ab ilio nunquam recedis* : monetque debuiſſe dicere *ab ili*. Sed Marullus ad *Ilium* Phrygiæ alludebat ; ideoque Servius nugatur.

5. DANET. *Imbricamentum*. *Vitr.* Couverture des tuiles creuſes.

FACCIOL. Vox hæc neque Vitruvii eſt, neque ullius Latini Auctoris, ut ego quidem puto.

6. DANET. in *Immigro*. *Immigrare in ingenium ſuum*. *Plaut.* Retourner, revenir a ſon naturel.

FACCIOL. Adhibet Plautus hunc modum dicendi in Moſtell. 1. 2. 54. nihilque aliud eo loco ſignificat, niſi abire a cura pædagogi, & arbitratu ſuo vivere. Recta eſſet interpretatio Danetii, ſi diceret Plautus *redire ad ingenium ſuum*.

7. DANET. in *Immiſceo*. *Se immiſcere negotiis*. *Cicer.* S'intriguer, ſe mettre dans les affaires.

FACCIOL. Numquam Cicero, quod ego quidem ſciam, adhibuit verbum *Immiſceo*, quamvis ſit optimum. Ceterum modus hic dicendi petitus videtur ex Ulpiano Dig.

lib.

lib. 3. tit. 5. leg. 3. *Immiſcere ſe negotiis alienis*.

8. DANET. in *Immitis*. *Inmite cœlum*. *Plin. Jun.* Un air rude & faſcheux, un ciel d'airain.

FACCIOL. Si Danetius vidiſſet locum Plinii, non ita ſane eſſet interpretatus. Eſt autem in lib. 8. ep. 17. *Num iſtic quoque immite & turbidum cœlum? Hic aſſiduæ tempeſtates & crebra diluvia*. Igitur hoc loco nihil eſt aliud *immite cœlum*, quam perpetuis pluviis infeſtum; nec ſane reticeri debuit adjunctum *turbidum*.

9. DANET. in *Immorior*. *Immortuus eſt in vino*. *Plin.* Il mourut dans le vin.

FACCIOL. Locus Plinii eſt ſine præpoſ. *in*, lib. 29. c. 4. *Stellio immortuus vino*. Adhibetur præpoſitio in cap. 6. *Apes immortuæ in melle*.

10. DANET. ibid. *Immori ſtudiis*. *Hor.* Mourir en étudiant, mourir ſur les livres.

FACCIOL. Locus Horatii longe aliud ſignificat. Eſt in lib. 1. ep. 7. v. 85. *Immoritur ſtudiis, & amore ſeneſcit habendi*: ideſt nimio habendi ſtudio contabeſcit.

11. DANET. in *Immitto*. *Ad civitatem Symmachus immittitur*. *Cicer.*

On

On envoya Symmachus dans le pays.

FACCIOL. Si Danetius Ciceronis locum ipſum conſuluiſſet, aliter vertiſſet. Eſt in lib. 3. in Verr. c. 40. *Segeſtam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur*. h. e. immittitur Segeſtam, quæ eſt immunis civitas.

12. DANET. ibid. *Se in voluptatibus immittere. Tit. Liv.* Se jetter à corps perdu dans les voluptés.

FACCIOL. Livius habet *immittere ſe in voluptates*, nec aliter loqui ſolet, nec aliter locutum credimus, niſi nobis Danetius locum ſignificet.

13. DANET. ibid. *Equum ad eam legionem immiſi. Liv.* J'ay couru a toute bride vers cette legion.

FACCIOL. Hoc Livii non eſt, ſed Ciceronis Famil. lib. 10. Ep. 30.

14. DANET. *Odia impacata. Ovid.* Des haines, qui ne ſont point aſſoupies.

FACCIOL. Non ſunt hæc Ovidii, ſed Claudiani lib. 2. in Eutrop. v. 212. *Mos ille vigebat,*

Ut meritos colerent, impacatiſque rebelles

Urgerent odiis.

Sta-

Statius etiam dixit *impacatos somnos* in l. 1. Theb. 147. ideſt turbidos & ſollicitos.

15. DANET. in *Impedio*. *Impedire mulierem impudicitia*. *Plaut.* Engager la femme d'un autre dans un adultere.

FACCIOL. Non eſt hoc Plauti, ſed ſumtum ex Suppoſitis Amphitruonis, Sc. *quis tam vaſto* &c. v. 12. *Qui domi uxorem meam impudicitia impedivit, per quem teneo theſaurum ſtupri*. Hoc porro ipſum, cujuſcumque ſit auctoris, dubium & incertum eſt. Nam rectius alii leg. *impetivit*.

16. DANET. in *Imperitus*. *Eam quidem ad rem haud imperiti*. *Plaut.* Qui ſont habiles pour cela.

FACCIOL. Sumſit Danetius ex Theſauro Ling. Lat. ubi hæc verba afferuntur ex Milite glorioſo; & ſane ita ſunt in editione Camerarii Act. 3. Sc. 3. v. 45. Nunc communiter leg. *Aſſunt fabri architectique a me, a te haud imperiti*.

17. DANET. *Imporcatus*, *ata*, *atum*. *Colum.* Qu'on a mis par ſillons. *Imporco*, *as*, *are*. *Colum.* Réduire en ſillons.

FACCIOL. Prima vox invenitur in Co-

Columella l. 2. c. 10. at verbum ipsum *imporco* non facile inveniri posse existimo, nisi forte in vet. Glossa.

18. DANET. in *Impotens*. *Impotens iræ*. *Cicer.* Qui s'emporte aisement.

FACCIOL. Cicero non adhibet vocem hanc cum genitivo casu. Adhibet tamen Livius lib. 29. c. 9. *Impotens iræ*. & lib. 30. c. 42. *Impotens lætitiæ*. & lib. 9. c. 14. *Impotens rerum suarum*.

19. DANET. in *Improbus*. *Improbiorem non vidi faciem mulieris*. *Plaut.* Je n'ai point veu de femme d'une plus mechante mine.

FACCIOL. Id sumsit Danetius ex Thesauro Ling. Lat. Sed nihil hujusmodi est in Plauto.

20. DANET. ibid. *Improbum os*. *Suet.* Une bouche medisante.

FACCIOL. Hæc sunt verba Suetonii de Grammat. c. 15. *Sallustium historicum, quod Magnum Pompejum oris improbi, animo inverecundo scripsisset, acerbissima satyra laceravit*. Non videtur habere locum interpretatio Danetii. *Os* enim *improbum* idem est ac facies impudens: quomodo dixit Quinctilianus l. 11. c. 3. *per-*

fricare faciem, & quasi improbam facere.

21. DANET. ib. *Improbus amor. Virg.* Un malheureux amour.

FACCIOL. Carmen est 412. lib. 4. Æn. ubi loquitur Poeta de amore Didonis, qui certe fuit infelix; attamen eo loco epithetum *improbus* proprie adhibetur, & veram improbitatem significat, non infelicitatem: *Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?*

22. DANET. in *Incanus. Incanæ herbæ. Colum.* Des herbes couvertes d'un petit coton blanc.

FACCIOL. Deceptus est Danetius mendo quodam librario Thesauri Ling. Lat. in quo legitur *herbæ* pro *barbæ*. Locus Columellæ est in l. 8. c. 2. *Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent.* Loquitur de maribus gallinaceis; sumsitque fortasse epithetum hoc a Virgilio, qui dixit de hircis lib. 3. Georg. v. 311. *barbas incanaque menta*. Ceterum siquis quærit, num herba dici possit *incana*, habet Plinium auctorem, qui in lib. 24. c. 19. adjunctum hoc tribuit herbæ cuidam, quam Galli *rhodaram* vocant.

23. DANET. in *Incedo. Incedere omnibus*

bus lætitiis. *Plaut.* Témoigner par sa demarche une joye extreme.

FACCIOL. Modus hic dicendi non Plauti eſt, ſed auctoris, quem poſſis ſecurius imitari, ideſt Ciceronis Famil. l. 2. ep. 9. *Repente vero inceſſi omnibus lætitiis*.

24. DANET. ibid. *Inceſſit itineri*. *Tacit.* Il ſe mit en chemin.

FACCIOL. Amplius aliquid Tacitus ſignificare voluit. Locus eſt in lib. Annal. 1. c. 51. *Excivit ea cædes Bructeros, Tubantes, Uſipetes; ſaltuſque, per quos exercitui regreſſus, inſedere: quod gnarum Duci; inceſſitque itineri & prælio*: ideſt itineri pariter & prælio paratus.

25. DANET. in voce *Incertus*. *Amicus certus in re incerta cernitur*. *Ter.* On connoiſt un veritable ami dans l'adverſité.

FACCIOL. Hic eſt verſus Ennii apud Ciceronem de Amic. c. 17. Contra autem, ad verbum *Incurro*, modus dicendi *in ordinem incurrere*, qui Ciceroni tribuitur a Danetio, eſt Quinctiliani l. 1. c. 5.

26. DANET. *Indeſinenter, adverb. Varr.* Inceſſamment,

FACCIOL. Locus Varronis unus eſt, idemque depravatus in l. 2. R. R.

c. 9. *Villatico gregi in fundum satis esse canes duos, & id marem, & feminam. Ita enim sunt assiduiores, quod cum altero idem sit acrior; & si alter indesinenter æger est, ne sine cane grex sit.* Victorius, Scaliger, Popma expulerunt adverbium *indesinenter*; nec sane ferri potest, nec apparet quomodo irrepserit. Ne ab aliis quidem Latinitatis auctoribus usurpatum fuisse puto ante Vegetium l. 1. de re Mil. c. 26.

27. DANET. *Indivise. adverb. Ascon. Ped.* Par indivis, sans partage.

FACCIOL. Adverbium hoc nec Asconius, nec alius Latinus auctor usurpavit.

28. DANET. *Induviæ arboris.* Plin. L'écorce d'un arbre. *Induvium, neutr. Plin.*

FACCIOL. Totum id sumsit Danetius ex Thesauro Ling. Lat. cujus hæc sunt verba: *Induvium*, i, n. pro cortice arboris, quo ipsa induitur. Plin. l. 13. c. 4. *Utilem sibi arborisque induviis circulum* &c. Primum quidem ajo, non colligi ex hoc loco neutr. *induvium;* quod sane nec Plinii est, nec ullius Latini scriptoris. Deinde ajo, verba hæc ipsa esse depravata. Ita

enim

enim legendum eſt ex optimorum codicum fide : *Faciles* (palmæ) *ſe ad ſcandendum populis præbent, utilem ſibi arborique indutis circulum* &c.

29. DANET. in verbo *Infamo*. *Infamare timore animum*. *Ovid*. Remplir un eſprit de crainte.

FACCIOL. Ita eſt in aliquo Ovidii codice l. 3. ex Ponto, el. 6. v. 43. ubi tamen alii leg. *informare*, al. *inflammare*.

30. DANET. *Infractus, cta, ctum*. *Plin.* Qui n'eſt point rompu.

FACCIOL. Imo vero *qui eſt rompu*, qui fractus eſt. Ita certe uſurpatur hæc vox a Plinio ſeniore l. 2. c. 38. & l. 8. c. 36. & l. 12. c. 53. & l. 23. c. 1. nec puto aliter uſurpari unquam aut ab illo, aut a Plinio juniore, aut ab aliis probatis Latinitatis auctoribus. Inducti ſunt in errorem Grammatici & Lexicographi a Servio, qui illud Virgilii Æneid. 12. *Turnus ut infractos adverſo marte Latinos*, expoſuit non fractos. Ipſe porro Servius deceptus eſt prava ſui ſæculi conſuetudine. Nam & Symmachus, & D. Hieronymus adhibuerunt *infractum* pro non fracto.

31. DANET. ibid. *Infracta virtus*.

Stat. Une vertu male & genereuse, un courage qui n'est point abbatu.

FACCIOL. Omnino contraria sententia est apud Statium, Achilleid. l. 2. v. 213. *Hæsit, & occulto virtus infracta calore est : Dimittit clypeum.* h. e. Martia Achillis virtus fracta est occulto amore Deidamiæ.

32. DANET. ibid. *Infracta & amputata loqui. Cicer.* Parler, ou s'expliquer à demi mot.

FACCIOL. Non recte videtur Danetius interpretari hæc verba, quæ sunt in Orat. c. 5. ubi loquitur Cicero de sermone minus apte concluso : *Ipsi infracta & amputata loquuntur; & eos vituperant, qui apta & finita pronunciant.* Igitur *infracta & amputata* oratio ea est, quæ numeris caret, neque perfecto verborum ambitu comprehenditur.

33. DANET. *Ingelabilis, le. Gell.* Qui ne gele point.

FACCIOL. Non negarim, in pravo aliquo Gellii codice inveniri hanc vocem, lib. 17. c. 8. Communiter tamen legitur *Incongelabilis*. Ceterum apud alios scriptores neutram reperiri puto : quam-

quamvis apud Danetium *Incongelabilis* Ovidii nomine & auctoritate confirmetur. Ipsa vocis quantitas prodit fallaciam.

34. DANET. in voce *Ingratus*. *Ingratus ut dormiam*. *Terent.* Afin que je dorme malgré moy.

FACCIOL. Est in Enn. 2. 1. 14. Sed pro *ingratus* alii rectius leg. *ingratiis*.

35. DANET. in verbo *Ingravesco*. *Hoc studium quotidie ingravescit*. Cicer. Cette étude me devient tous les jours plus fascheuse, plus incommode.

FACCIOL. Locus Ciceronis contrarium significat. Est autem in lib. 4. Famil. ep. 4. *Etsi a prima ætate omnis me ars & doctrina liberalis, & maxime Philosophia delectavit: tamen hoc studium quotidie ingravescit, credo, & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitiis, ut nulla res alia levare animum molestiis possit*. h. e. crescit & augetur.

36. DANET. *Inhabito, tas*. *Liv.* Habiter, demeurer.

FACCIOL. Non existimo reperiri, verbum hoc apud Livium, nisi lib. 24. c. 3. qui locus affertur etiam in Thesauro Ling. Lat. sed opti-

mus quisque codex aliter habet : *Vix urbis pars dimidia habitabatur ; flumen , quod medio oppido fluxerat , extra frequentia tectis loca præterfluebat ; & arx procul iis , quæ habitabantur*.

37. DANET . ibid. *Inhabitat in oculis animus* . *Plin.* L' esprit paroit dans les yeux .

FACCIOL. Locus Plinii est in lib. 11. c. 37. Sed alii leg. *habitat* .

38. DANET . in verbo *Injicio* . *Cum mihi in sermonem injecisset* , *se velle Asiam visere* . *Cicer.* M' ayant fait entendre par son discours , qu' il vouloit voir l' Asie .

FACCIOL. *Injicere in sermonem* , recte dicitur : sed locus hic Ciceronis , qui est in lib. 12. Famil. epist. 16. & habet , & habere debet *in sermone* .

39. DANET . in voce *Initium* . *Initio* , ou *in initio* . *Cicer.* Au commencement .

FACCIOL. Cicero ubique habet *initio* sine præpositione ; imo alii quoque Latini scriptores , quoties hanc vocem adhibent adverbii loco .

40. DANET . in verbo *Injungo* . *Injungere amicitiam cum aliquo* . *Plin. jun.* Faire amitié avec quelqu' un .

FAC-

FACCIOL. Modum hunc dicendi ſumſit Danetius, non ex Plinio juniore, ſed ab Aurelio Victore de Vir. Illuſtr. c. 50. *Ne reſpublica male adminiſtraretur, amicitiam cum eo injunxit*. Sed plerique omnes leg. *junxit*.

41. DANET. *Innumeri, ræ, ra.* (au pluriel plus uſité) *Cicer.* Innombrables.

FACCIOL. Uno tantum in loco Cicero habet hanc vocem, ideſt in lib. 2. de Orat. c. 22. *E ludo Iſocratis, tamquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt*. Alii ex fide Nonii Marcelli leg. *meri*.

42. DANET. *Inſanus. Pers.* Qui eſt ſage.

FACCIOL. Mirum, ſi Perſius ita inſanivit. Locus affertur in Theſauro Ling. Lat. ex Sat. 3. v. 46. *Dicere, ab inſano multum laudanda magiſtro*. Sed hic *inſanus* idem eſt, ut nimis concitatus & parum ſanus. Præterquam quod lectio parum probabilis eſt: nam optimi codices habent *non ſano*.

43. DANET. *Inſativus, va, vum. Plin.* Qui vient naturellement ſans étre ſemè.

FACCIOL. Vox non temere adhibenda; quam nec alius fortaſſe

Latinus auctor habet præter Plinium, & Plinii locus unus est, isque incertus; videlicet l. 19. c. 12. *Hoc insativum rumex vocatur*. Alii rectius leg. *in sativis*.

44. DANET. ad verbum *Inscribo*. *Sua quemque Inscribit facies*. *Ovid.* Le visage est le tableau de l'ame.

FACCIOL. Fortasse hæc verba, per se sumta, hunc sensum reddere possent. Attamen apud Ovidium valent aliud quippiam. Locus est in lib. 6. Metam. v. 73. ubi describitur concilium Deorum selectorum, quorum quisque ex facie dignoscitur.

Bis sex Cælestes medio Jove sedibus altis
Augusta gravitate sedent. Sua quemque Deorum
Inscribit facies. Jovis est regalis imago.

45. DANET. *Inscriptum*. *Lucil.* Un acquit patent, pour être franc de port.

FACCIOL. Sumtum est ex Nonio c. 1. n. 169. ubi hæc Lucilii verba citantur: *Facit idem, quod illi, qui inscriptum ex portu exportant clanculum, ne portorium dent*. Satis apparet, longe aliud significari, quam Danetius existimavit.

Est

Eſt igitur *inſcriptum*, quaſi non ſcriptum, h. e. id quod mercatores apud publicanos non profitentur, ne portoria ſolvant. Quo ſenſu ſcripſit Varro lib. 2. R. R. c. 1. *Greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æſtivatum, atque ad publicanum profitentur; ne, ſi inſcriptum pecus paverint, lege Cenſoria committant*.

46. DANET. ad verbum *Inſilio*. *Inſilire terga alicujus*. *Ovid.* Sauter ſur le dos de quelqu'un.

FACCIOL. Non abnuerim, dici poſſe *inſilire terga*. Ovidius tamen dixit *inſilire tergo*, lib. 12. Metam. v. 345. *Tergoque Bianoris alti Inſilit*.

47. DANET. ad verbum *Inſinuo*. *Se in quam familiarem uſum inſinuare*. *Liv.* S'offrir à rendre les ſervices les plus bas.

FACCIOL. Non recte Danetius explicuit verba Latina a ſe allata, quæ nihil aliud ſignificant, quam intimam familiaritatem. Si integra Livii ſententia afferatur, quam ille, opinor, mente complexus eſt; idonea erit interpretatio. Eſt in lib. 40. c. 21. *Per omne obſequium inſinuare ſe in quam familiarem uſum*.

C 6 48.

48. DANET. ibid. *Magna navigia portibus se gravatim insinuant*. *Petron.* Les grands vaisseaux ont de la peine à entrer dans les ports.

FACCIOL. Ita conjiciendo legit hunc Petronii locum (qui est in cap. 101.) Justus Lipsius : sed conjectura ejus in contextum a Criticis recepta non est. Pro *gravatim* communiter legitur *curvatis*. Attamen usus verbi vel ex hoc ipso satis manifestus est. Exempla certiora qui poscit, invenire poterit in Plinio, in Svetonio, in Curtio, & in Cicerone ipso.

49. DANET. ad verbum *Insisto*. *Insistere negotium aliquod*. *Plaut.* Poursuivre une affaire.

FACCIOL. Paullo inferius, ad aliam hujus verbi vim & significationem confirmandam, affert Danetius hunc dicendi modum : *Hoc insisto negotium*. *Plaut.* Utrumque referri puto ad significationem unam, & ex uno loco Plauti sumtum esse, idest ex Milite 3. 3. 54. *Agite, intro abite, insistite hoc negotium sapienter*. Obiter moneo, *insistere vestigiis laudum suarum*, quæ verba Danetius Ciceroni tribuit, esse Livii lib. 5. c. 30.

50. DANET. *Insolite*, *adverb. Gell.*

Con-

Contre l'ordinaire, contre la coûtume.

FACCIOL. Sumtum est ex Gellii lib. 1. c. 2. ubi meliores editiones habent *insubide*: quæ vox est etiam Macrobii l. 7. Saturn. c. 14. Ceterum *insolite* vix adhibitum ab aliis puto ante D. Augustinum.

51. DANET. ad vocem *Instabilis*. *Instabilis homo*. *Liv.* Un homme inconstant, volage, léger.

FACCIOL. Livius vocat *instabilem hominem*, qui firmo gradu hærere non potest, lib. 21. c. 5. & lib. 27. c. 18. Non negarim, significationem hanc traduci posse ad animum, figurata quadam loquendi ratione; sed nescio, an Livius traduxerit..

52. DANET. ad verbum *Instituo*. *Ita in animo institui*. *Terent.* J'ai résolu ainsi.

FACCIOL. Ita aliqui legunt apud Terentium Adelph. 1. 1. 13. sed optimi codices ita habent: *Quemquamne hominem in animum instituere, aut parare, quod.* &c.

53. DANET. ad vocem *Institutio*. *Institutio operis*. *Cic.* Entreprise d'un ouvrage.

FACCIOL. Non a Cicerone sumsit Danetius, sed a Plinio lib. 16.

c. 4.

c. 4. & quidem ex pravo Plinii codice. Nam communiter legitur: *Longum est, nec instituti operis, disserere* &c.

54. DANET. ad verbum *Instruo*. *Instruere locum insidiis*. *Liv.* Dresser un lieu pour une embuscade.

FACCIOL. Sumsit, opinor, Danetius ex lib. 6. c. 23. *Quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum?* Sed ille fortasse codice usus minus bono, aliter legit.

55. DANET. *Insuetus, ta, tum*. *Cæs. Cic. Liv.* Qui n'est pas accoûtumé à une chose.

FACCIOL. Vox hæc apud Livium non solum significat eum, qui non assuevit alicui rei, sed eum quoque interdum, qui assuevit. Sic enim habet lib. 24. c. 48. *Ita majores suos bella gessisse, ita se a pueris insuetos*.

56. DANET. *Insubide, adverb. Aul. Gell.* Inconsiderement. *Insubidus, da, dum*. *Aul. Gell.* Inconsideré.

FACCIOL. Revera Gellius habet vocem utramque; primam quidem lib. 1. c. 2. (ubi non desunt qui leg. *insolite*) secundam vero lib. 19. c. 9. Sed utrobique significatio incerta est. Nondum enim

Gram-

Grammatici ſtatuere potuerunt, utrum *inſubidus* ſit idem atque inconſideratus, an vero inſulſus & ruſticus. Ego poſterius malim.

57. DANET. *Inſulo, as, are. Apul.* Se changer en isle.

FACCIOL. Nec Apulejus, nec alius Latinus auctor habet verbum *Inſulo*. Eſt tamen apud Apulejum adiectivum *Inſulatus*, in lib. de Mundo: *Audivimus terras, quæ prius fuerint continentes, hoſpitibus atque advenis fluctibus inſulatas*. Quæ verba repetit D. Auguſtinus l. 4. de Civit. Dei, c. 2.

58. DANET. ad vocem *Inſuper*. *Inſuper his. Virg.* Outre ces choſes.

FACCIOL. Locus eſt incertus in lib. 9. Æneid. v. 273. ubi alii leg. *Inſuper id*. Nec vero modus dicendi auctoritate alia defendi poteſt.

59. DANET. ad verbum *Intego*. *Integere. Stat.* Couvrir la teſte.

FACCIOL. Verbum hoc abſolute uſurpatum ſine ullo caſu non habet ſignificationem hanc. Si addas caput, aut aliquid ſimile, ſalva res erit. Statius l. 4. Thebaid. v. 303. *Caſſide crines Integere*.

60. DANET. *Intellectus, gen. ctus. Cicer.* L'entendement. Cette par-

tie

tie de l'ame, qui entend & conçoit les chofes.

FACCIOL. Nec Cicero, nec alius, opinor, Latinus auctor fæculi aurei ufurpavit *intellectum* pro illa animæ parte, quæ intelligit; quam quidem *mentem* & *intelligentiam* dicimus. Primus omnium Seneca adhibuit in epift. 120. Poft Senecam adhibuit Apulejus lib. 1. de Dogm. Plat. tum Paullus Dig. lib. 29. t. 2. leg. 92. quamquam fortaffe locus Paulli ad actum intelligendi trahi poteft.

61. DANET. ad verbum *Intendo*. *Intendere ferrum inimico*. *Plin.* Pofter l'épée à la gorge de fon ennemi.

FACCIOL. Id unde fumferit Danetius, certo affirmare non poffum. Ex ratione explicandi coniicio, modum hunc ab eo formatum fuiffe ex Plinii verbis epift. 9. l. 3. *In jugulum innocentis quafi telum aliquod intendere*. Sed hæc verborum conftructio longe diverfa eft.

62. DANET. *Intentio*, ou *Intenfio*. *Cicer. Colum*. Roidiffement.

FACCIOL. Non promifcue ufurpari debent duæ iftæ voces. Et apud Ciceronem quidem, & Columellam magna quadam codicum fide

de & constantia legitur *Intentio*, non *Intensio*.

63. DANET. ibid. *Intentio*. *Cicer.* L'intention, la volontè, le dessein qu' on a.

FACCIOL. *Intentio* pro voluntate & consilio nec apud Ciceronem invenitur, nec apud alios, qui Classici dicuntur, Latinitatis auctores. Habet Papinianus Dig. lib. 34. t. 1. leg. 10. *Intentionem defuncti prima facie refragari*.

64. DANET. ad verbum *Intercalo*. *Intercalare*. *Liv.* Differer, remettre à un autre temps.

FACCIOL. Non existimo, verbum *Intercalo* hac significatione a Livio fuisse usurpatum; nisi forte id colligi potest ex adject. *Intercalatus* lib. 9. c. 9. *Ut intercalatæ pœnæ usuram habeant*.

65. DANET. *Intercessor*. *Sen.* Médiateur.

FACCIOL. Sumsit Danetius, si recte coniicio, ex epistola Senecæ 119. *Ut negotiari possis, æs alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetæ nomen tuum jactent.* Hoc igitur loco *Intercessor* idem est ac proxeneta. Pro simplici deprecatore videtur usurpari ab Apulejo

in

in Apologet. *Res acta est in Rufini cujusdam domo, intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufino* &c. Sed hic quoque de pecunia agitur. Quid, si a Cicerone ipso *Intercessor* pro deprecatore adhibetur? Locus est in lib. 7. Famil. epist. 27. *Utinam semper esses Tribunus: intercessorem non quæreres.* Respondet Gallo, qui petierat a Cicerone, ut de se restituendo cum Cæsare ageret. Itaque ludens in ambiguo, *intercessorem* & pro Tribuno vetante, & pro amico deprecante usurpat.

66. DANET. *Intercessus, gen. cessus.* Liv. Intercession, entremise.

FACCIOL. Vox hæc apud Livium non reperitur, quod ego quidem sciam. Habet eam Valerius Maximus in lib. 5. c. 4. n. 2. ubi tamen non deprecationem significat, sed interventum. *Africanus superior* (inquit) *vix dum annos puerilitatis egressus, Consulem patrem adversis auspiciis cum Annibale pugnantem graviter saucium intercessu suo servavit.* Illud etiam addendum est, nec a Valerio Maximo, nec ab aliis Latinitatis auctoribus nomen hoc usurpari, nisi sexto casu numeri singularis; ut

ego

ego quidem animadvertere potui.

67. DANET. *Intercinctus, a, um. Plin.* Entrelacè.

FACCIOL. Neque Plinius, neque alius Latinus auctor habet hanc vocem. Duo loca afferuntur ex Plinio in optimo ceteroquin Fabri Thesauro, sine ulla lectionis varietate, lib. 36. c. 8. *Lapis Thebaicus intercinctus aureis guttis.* & lib. 37. c. 10. *Candor intercinctus variis coloribus.* Sed communiter legitur *interstinctus*. Fortasse etiam legi potest *intertinctus*. At *intercinctus* ferri non debet.

68. DANET. in verbo *Intercludo. Commeatum inimicis*, ou *inimicos commeatibus intercludere. Cæs.* Couper les vivres aux ennemis.

FACCIOL. *Commeatibus hostes intercludere* invenitur apud Cæsarem; at *commeatum hostibus* vix puto inveniri. Modus tamen Latinus est, qui usurpatur a Plauto Mil. 2. 2. 68.

69. DANET. in verbo *Intercurro. Intercurrunt, cinguntque has urbes. Plin.* Elles coulent (parlant de rivieres) entre-deux, & environnent ces villes.

FACCIOL. Locus Plinii est in lib. 5. c. 18.

c. 18. ubi ſermo eſt de Tetrarchiis, non de fluminibus. Præterea communiter legitur, non *intercurrunt*, ſed *intercurſant*.

70. DANET. in verbo *Interdico*. *Feminis dumtaxat uſum purpuræ interdicimus*. *Cicer.* Nous defendons ſeulement aus femmes de porter la pourpre.

FACCIOL. Locus non eſt Ciceronis, ſed Livii l. 34. c. 7. ſed quod maxime ad rem pertinet, alii leg. *uſu*. Eodem fere modo, ſed paſſiva ſignificatione, uſurpavit Livius l. 8. c. 14. *Interdictum eſt mare Antiati populo*. Verum hic quoque locus incertus eſt; quia alii leg. *mari*. Attamen verbum *Interdico* conſtruitur hoc modo & a Svetonio, & ab Juſtino; paſſive autem etiam a Nepote.

71. DANET. ibid. *Interdixit, ut unde dejectus eſſet, eo reſtitueretur*. *Cicer.* Il ordonna que celuy-la fut remis dans ſes biens par celuy qui l'en avoit chaſsé.

FACCIOL. Ciceronis verba paullo aliter ſe habent in Orat. pro Cæcin. c. 8. *Interdixit de vi hominibus armatis, tantum ut* &c.

72. DANET. ibid. *Cui nemo interdicere*

cere possit. *Cicer.* A qui perſonne ne peut réſiſter.

FACCIOL. Hoc habet Cicero in Verr. 4. c. 12. *Si Prætor improbus, cui nemo interdicere possit, det quem velit judicem*. Alii, & quidem rectius, leg. *intercedere*.

73. DANET. *Interfacio*. *Liv.* Faire cépendant.

FACCIOL. Unus eſt Livii locus l. 21. c. 11. ex quo quidem verbum hoc eruere conati ſunt: ſed nihil certi afferunt. Deſiderantur etiam auctores alii.

74. DANET. *Continenti nec intermiſſo ſpiritu*. *Cæſ.* Sans diſcontinuer & reprendre halaine.

FACCIOL. Non habet hunc modum dicendi Cæſar; quamvis non negem Latinum eſſe.

75. DANET. *Internuculus*. *Petr.* Corrompu, impudique, coupé, qui ſert aux paſſions brutales.

FACCIOL. Non deſunt ſane, qui vocem hanc tribuant Petronio in Satyr. c. 7. ſed incertiſſima eſt propter infinitam quamdam codicum varietatem; nec vero auctoritate alia firmari poteſt.

76. DANET. ad verbum *Interpono*. *Interponere aquam vino*. *Mart.* Méler de l'eau avec du vin, le tremper.

FAC-

FACCIOL. Habet Martialis l. 1. epigr. 107. *interponere aquam*: non tamen addit vocem *vino*. Et si addidisset, non significaret miscere, *mêler*, sed inter vinum bibere aquam; quo modo dixit Plinius l. 28. c. 4. *Cibis frigidum interponere*.

77. DANET. ad verbum *Interquiesco*. *Alvus interquiescet*. *Cat.* Le ventre se reserrera.

FACCIOL. Locus Catonis est in cap. 159. *Adde vini Coi cyathum unum, bibe, interquiesce; deinde iterum eodem modo, deinde tertium*. Auctor Thesauri linguæ Latinæ habet, *interquiescet*; & monet intelligendum esse *de alvo deijcienda*. Hinc deceptus est Danetius.

78. DANET. *Interfertus, a, um*. *Plin. jun.* Enfermé.

FACCIOL. Nec apud Plinium, nec apud alios invenire potui.

79. DANET. *Interturbatio, onis*. *Liv.* Trouble interieur, dont on donne des marques exterieures.

FACCIOL. Vox hæc est apud Livium l. 23. c. 8. sed locus adeo anceps est, variisque lectionibus vexatus, ut nihil certi de ejus significatione statui possit, aliis alio trahentibus. Desunt etiam

au-

auctores alii, quibus confirmetur. V. Gronovium l. 4. Observ. c. 4.

80. DANET. ad verbum *Interverto*. *Intervertere*. *Paul.* Détruire, renverser.

FACCIOL. Verbum hoc, quod in postrema Lugdunensi editione valde contaminatum est, proprie significat, non *evertere*, sed *avertere*, tum apud Jurisperitos, tum apud alios. Attamen Paullus Dig. lib. 31. leg. 89. & lib. 4. t. 5. leg. 5. atque adeo etiam Papinianus lib. 36. t. 1. leg. 54. ita usurpant, ut videatur accedere ad significationem verbi *everto*. Apparet tamen semper, recte consideranti loca singula, vis ac natura primigenia.

81. DANET. *Intrarius*, *a*, *um*. *Plaut*. Intime; parlant d'un ami.

FACCIOL. Nec apud Plautum, nec apud alios invenitur hæc vox.

82. DANET. ad verbum *Invalesco*. *Invaluit consuetudo*. *Plin.* La coûtume a prévalu.

FACCIOL. Præteritum *invalui* videtur potius duci ab *invaleo*; quod verbum Danetius omisit, licet sit apud Lucretium l. 2. v. 300.

83. DANET. *Invaletudinarius*. *Sen.* Qui

Qui n'est point valetudinaire, qui se porte assez bien.

FACCIOL. Locus Senecæ est in Præfat. l. 1. quæst. nat. *Non video, quare tibi placeat, qui robustior est invaletudinario*. Alii leg. *valetudinario*. Igitur & incerta vox est, & contrarium significat, ut recte consideranti apparet.

84. DANET. *Invicem. adverb. Cicer.* L'un l'autre, reciproquement. *Diligere se invicem. Quintil.* S'aimer l'un l'autre mutuellement. *Invicem. Plaut.* Alternativement.

FACCIOL. Cicero non habet adverbium hoc, nisi lib. 5. ad Attic. ep. 10. *Propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem*. Sed al. leg. *juncti*. Plautus nusquam habet. Quinctilianus habet quidem, sed aliis vocibus junctum.

85. DANET. *Invidiola, diolæ. Cicer.* Petite envie.

FACCIOL. Decepit Danetium Perotti Cornucopia. Nec Cicero habet hanc vocem, nec alius Latinus auctor.

86. DANET. *Involucre. Plaut.* Linge de barbe.

FACCIOL. Incerta vox, quam unus Plautus habet, & loco uno,

uno, ideſt in Capt. 2. 2. 17. ſed alii leg. *involucrum*.

87. DANET. ad verbum *Irradio*. *Irradiant ſalibus menſam*. *Plaut.* Ils entretiennent agreablement ceux qui ſont à table, par de bons mots qu' ils diſent.

FACCIOL. Totum hoc ſumtum eſt ex Theſauro ling. Lat. ſed in Plauto nihil eſt hujuſmodi.

88. DANET. ad verbum *Juro*. *In ſe jurare*. *Cicer.* Faire des imprecations contre ſoy même. *Deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat*. *Liv.* Enſuite toute l'armée fit *&c.*

FACCIOL. Locus Livii eſt in lib. 2. c. 45. & fortaſſe unicus. Cicero nihil hujuſmodi habet.

89. DANET. ad vocem *Juvenca*. *Juvenca gallina*. *Plin.* Une jeune poule. *Juvencæ aves*. *Plin.* De jeunes oiſeaux.

FACCIOL. Unus eſt Plinii locus lib. 10. c. 53. & quidem de gallinis.

90. DANET. *Juxtim*, *adverb. Svet.* Auprés.

FACCIOL. Non habet Svetonius adverbium hoc. Habet tamen melior auctor Livius, ſi Nonio credimus in c. 2. num. 451. Et

sine controversia Lucretius lib. 4 v. 503.

PLacet mihi mantissæ loco pauca quædam notare, ad litteram I. pertinentia, in Basilii Fabri Thesauro; quæ commoda fore existimo utentibus lexico illo, cæteroquin valde bono & castigato.

FABER. *Illicito*, *adverb. apud Ammian.* l. 28.

FACCIOL. Locus, unde sumsit Faber, est in Ammiano sub initium lib. 28. pag. 386. edit. Lindebr. *Ne Senator quisquam insusitate, & illicito more tormentis exponeretur*. Fortasse Faber pravo aliquo codice usus est, in quo deerat *more*.

FABER. *Incestus*, *sti*, *subst*. *Capitolinus in Macrino c.* 2.

FACCIOL. En locus integer Capitolini: *Quemvis magis quam parricidam, quemvis magis quam incestum, quemvis magis quam impurum*, &c. Quis non videt, *incestum* adjectivo more usurpari? Nisi forte volumus, & *impurum* esse nomen substantivum. Obiter autem moneo, etiam *excrescentia* esse adjectivum nomen plurale apud Plinium lib. 34. c. 18.

ex

ex quo loco Faber formavit substantivum *excrescentia*, *tia*.

FABER. *Insalubriter*, *adverb. Macrobius Somn. Scip.* 1. 6. *Non tenaciter tantum, sed etiam insalubriter vinciuntur*.

FACCIOL. Apud Macrobium legitur *insolubiliter*, nec aliter legi potest. Ecce locum integrum: *Scimus secundum Platonem, idest secundum ipsius veritatis arcanum, illa forti inter se vinculo colligari, quibus interjecta medietas praestat vinculi firmitatem. Cum vero medietas ipsa geminatur, ea quae extima sunt, non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter vinciuntur*. Placuit Fabro etiam substant. *Insalubritas*, quam tribuit Plinio l. 31. c. 3. in tit. sed tituli illi nec Plinii sunt, nec omnino ferendi.

FABER. *Insuccus*, *a*, *um*, *idest pinguis*. *Cyprian. Insuccum corpus gladiatorum*. *V. Salm. de pall. p.* 187.

FACCIOL. Salmasius de pallio idem prorsus affirmat, sed non confirmat. Locus Cypriani est in epist. ad Donatum 1. *Impletur in succum cibis fortioribus corpus*, *& arvinae toris* (lege *& gladia-*

 to-

toris) *membrorum moles robusta pinguescit* , *ut saginatus in pœnam* , *carius pereat* . Satis patet , ex duabus vocibus factam fuisse unam , prorsus ut fecit Faber in adjectivo *Magistrivus* . Adscivit enim hoc nomen inter Latina, auctoritate Apuleii Florid. 4. p. 36. *Pueritia apud vos* , *& Magistrivos* . Afferamus locum integrum : *Annon multa mihi apud vos adhortamina suppetunt* , *qui sum vobis nec lare alienus* , *nec pueritia inusitatus* , *nec magistris peregrinus ?* . . . . . *Ita mihi & patria in confinio Africæ* , *& pueritia apud vos* , *& magistri vos* . Si duæ istæ voces *Insuccus*, & *Magistrivus* apud alios auctores invenirentur , non tamen allatis Cypriani & Apuleii locis confirmari possent.

FABER. *Intercalator* , *oris* . *Macrobius Sat.* I. 13. *Octo intercalatores dies*.

FACCIOL. Video , Fabrum deceptum fuisse ab aliquo malæ fidei codice : nec vero id notarem , si de lectionis varietate nos monuisset . Ita igitur est in probatis Macrobii editionibus : *Octavo quoque anno intercalantes* , *octo affluebant*

bant dies ex ſingulis, quibus vertentis anni numerum apud Romanos ſupra Græcum abundaſſe jam diximus. Idem habeto de voce *Exploratio*, quam Faber Macrobio tribuit, Saturn. 2. 2. Nam ibi eſt *exprobratio*.

FABER. *Involuntarie, adverb. Dig. lib. 1. t. 3. leg. 2. Lex eſt coercitio eorum, quæ ſponte, vel involuntarie delinquuntur.*

FACCIOL. Id quoque auctoritate caret. Nam verba legis Græca ſunt, ex Demoſthene ſumta adverſus Ariſtogitonem. Adverbium igitur *Involuntarie* eſt alicuius recentis interpretis. Ita Faber (ut hoc quoque obiter notem) tribuit *lacticinium* Apicio lib. 7. c. 11. quæ vox non eſt niſi in notis Humelbergii.

Sed ne ex littera propoſita exeam, utque negotium paucis conficiam; omnia hæc, quæ ſequuntur, puto eſſe vel falſa, vel dubia, quamvis pro certis afferantur in Fabri Theſauro: *Jactatrix*, *Immutatrix*, *Incaſtitas*, *Intraneus* Sidonii; *Jaculamen*, *Jaculamentum*, *Itineror* Apuleii; *Jecinoroſus* Scribonii; *Jentator* Eutropii; *Illacrimatio* Gellii; *Ignora-*

tor Codicis; *Illustrator*, *Immissor*, *Incussio*, *Infamatio*, *Infamator*, *Informatrix*, *Inofficiosiose* Digestorum; *Immissarius* Festi; *Imperversus* Manilii; *Impinguatio* Apicii; *Increatus* Lactantii; *Inebriatio*, *Infide*, *Inflammator*, *Influentia* Firmici; *Infucatio* Arnobii; *Infuscatio*, *Inhalatio* Plinii; *Ininde* Livii; *Insopibilis*, *Jurgator* Capellæ; *Interloco* Melæ; *Intrarius* Plauti; *Invise* Fulgentii; *Isocraticus* Quinctiliani; *Itito* Nævii: & alia, præsertim ex veteribus Grammaticis, quæ non libuit quærere & examinare. Ceterum hæc nihil obesse debent dignitati Thesauri hujus, cui operam suam celeberrimi viri impertiti sunt, manumque postremam adjecit Matthias Gesnerus, litteris & eruditione in primis clarus. Hoc in genere difficile est non offendere: nec ego illis irascar, qui me vicissim pro humana infirmitate labentem monitis & industria sua sustentabunt. Id vero non facile feram, siquis turpiculus litterator, probris servilibus assuetus, aliena mihi imputabit. Quamquam imputet sane, modo furtim, & apud similes sui.

D I-

·79

DISSERTAZIONE

SOPRA

Un' antica Inſcrizione Etruſca
trovata in Arezzo

DAL CAVALIER

LORENZO GUAZZESI

ARETINO

Indrizzata

All' Illuſtriſſimo Signor Propoſto

LODOVICO ANTONIO

MURATORI.

Illustrissimo Signore Signore
e Padr. Colendiss.

PArendomi la mia Dissertazione, che stampata leggesi al num. 3. nel 2. Tom. dell' Accademia Cortonese assai mancante di alcuni lumi proprj e necessarj, e quasi debole e fiacca non solo a cagione del mio talento, ma perchè in fretta fu da me stesa; ho voluto ora con agio, e per quanto le mie deboli forze mi hanno permesso, accrescerla ed impinguarla, ed a voi, Illustrissimo Signore, che siete di tanta gentilezza adorno, per cui compatirla saprete, offerirla. A voi dunque d' ogni più profonda erudizione arricchito, presento un saggio del mio giovenile ingegno in questa piccola Dissertazione, che per somma gentilezza del dottissimo P. D. Angiolo Calogerà, tanto interessato ai vantaggi della Repubblica letteraria, avrà luogo nella sua erudita Raccolta; pregandovi, che vi degniate di accoglierla per vero segno di quella venerazione, che per tutti i motivi giustamente vi devo.

Tra le molte lapidi, che si ritrovavano nell' antica città di Arezzo, e che furono disperse e sepolte nel 1506. una ve n'era al dir del Burali nella Storia de' Vescovi, e del Ciatti nelle sue Storie Perugine, che vedevasi nella Tribuna del Duomo vecchio, Chiesa assai magnifica, e fatta nella stessa foggia di S. Vitale di Ravenna, e che nell' anno 1570. fu fatta dal Duca Cosimo I. rovinare da' fondamenti. Leggevansi in un Travertino queste lettere Etrusche,

qVYI+AЯƎꟻIHИIC⅃

che così da me interpretate rendono nel Latino

L Cilniu Er Atitur, cioè. *Lar Cilnius Junonis Sacerdos*.

Benchè dica il Demstero, che la parola *Lar* significasse Re presso i Toscani, e che perciò la Reggia si dicesse presso di loro *larthenianum*; ed il Turnebo, che *Lar* fosse un nome distintivo de' Capitani, e degli uomini illustri, posciachè Ausonio chiama Larte Viridomaro Capitano de' Galli, ucciso da Marcello: il Sigonio, ed il Panvinio coll' autorità di Valerio, Dionigi, Plutarco, Diodoro, Livio, e Cicerone ci fanno chiaramente palese esser

ſer queſto un inganno, poichè *Lar* fu un prenome molto uſato ne' tempi antichi in Toſcana, come Cajo, Aulo, Publio, ed altri preſſo i Romani. Trovaſi *Lar Porſena* Re di Chiuſi, *Lar Tolumnius* Re di Vejo, ed in molte urne, che riportano il Demſtero, e l'eruditiſſimo Signor Gori indefeſſo Antiquario, leggeſi *Lar Rapli*, *Lar Sentinate*, *Lar Anami*, *Lar Peurli*, e molti, e molti altri, che per non ſoverchiamente annoiarvi tralaſcio. Non vediamo noi addottato preſſo i Romani il prenome di *Larte* nel Conſolo Larte Erminio, che fu inſieme con Virginio Tricoſto l'anno di Roma 303. e nel Reineſio alla Claſſe 2. n. 43. non leggeſi *Aelius Lartis filius*? Qual mai oſtinatezza è queſta di volere a tutto coſto ancora in oggi, in onta degli Autori che ne hanno ſcritto, togliere il prenome agli Etruſchi, e far naſcere tanti Re, quanti ſono i Larti, che nelle Iſcrizioni pur or ſi leggono? E' ſentimento comune, che la Toſcana non abbia avuto mai Re. *Tuſcia numquam Reges habuit* Ser. 8., e Livio al *l.* 5. *c.* 1. racconta quanto ſpiaceſſe ai Toſcani, che i Vejenti creaſſero un Re: *Offendit ea res populorum Etruriæ animos non majore odio regni quam ipſius Regis*; e che non vollero porgere

D 6 aiu-

aiuto ai medefimi *donec*, *fub Rege effent*. Nelle Tavole Capitoline, ove fegnati fono i trionfi de' Dittatori e de' Confoli, fi legge fempre *Triumphavit de Etrufceis*; nè mai fi fa menzione de' Re, come dignità loro incognita, benchè ufaffero la porpora, i littori, ed i fafci: e fempre vedefi negli fcrittori *Duodecim Etruriæ populi*; *Commune Etrufcorum*; *Capita Etruriæ*; e il *Rex Clufinus*, e il *Rex Vejentum* debbefi intendere di colui, che governava quella tal città *in capite*, a guifa di un Gonfaloniere, o d' un Doge, diftinto, e nelle onoranze, e nell' abito. In oltre la parola *Rex* non parmi, che fignifichi efpreffamente il Monarca, ma colui che regge, e governa uno ftato, una città, ovvero un regno; poichè *Rex a regendo*, *inde regna*, *& regiones*: ed in tal fenfo appunto parlò Virgilio, *Divum pater*, *atque hominum rex*, parlando di Giove: e così Cefare l. 1. de Bel. Gal. intende di quel *Rex Arvernorum* da lui foggiogato; e i più potenti e più ricchi chiamavanfi Re da' poveri loro clienti, perchè reggevano, e foftentavano la loro mefchinità; così Marziale *l.* 2. *Epigr.* 18. Terenzio, Plauto, Giovenale alla Sat. 8. v. 161. e Columella alla Prefazione del lib. 1. Se

foffe

foſſe ſtato preſſo i Toſcani il governo monarchico, Dionigi d'Alicarnaſſo non avrebbe chiamate le dodici città *dinaſtie*, e Polibio *principati*, nè Romolo avrebbe chieſti gli aiuti ai Lucumoni di Etruria, che il nome diedero alla tribù de' Luceri, quando tra loro foſſevi ſtato un Re. Che la parola *Lar* denotaſſe la regia dignità, non può a mio giudizio penſarſi, e per le ragioni addotte di ſopra, e perchè Cicerone, Plutarco, Servio, ed altri ſcrittori dicendo *Lar Porſena Cluſinus Rex*, *Lar Tolumnius Vejentum Rex*, vengono chiaramente a moſtrarci colla parola *Rex*, che vi aggiungono il diſtintivo; che ſuperfluo in tal caſo ſarebbe ſtato, e molto frequenti per vero dire ſarebbero ſtati queſti Re nell'Etruria, e per un miracoloſo ſucceſſo ſi ſarebbero conſervati ſolamente i ſepolcri loro, e periti quelli degli altri, che non foſſero ſtati Re, trovandoſi in Chiuſi, in Volterra, ed in altre parti della Toſcana ogni anno nuovi ſepolcri, ove vedeſi ſpeſſo ſpeſſo la parola *Lar*. Può anco crederſi, che nella noſtra Iſcrizione la lettera V non ſi ſpieghi per *Lar* prenome, poſciachè la parola *Lar* e *Larthi* ſpeſſo ſi trova diſteſamente ſcrit-

scritta nelle Iscrizioni Etrusche; ma possa spiegarsi per *Lucumo*, prenome Etrusco corrispondente al *Lucius* de' Latini, come da Livio si riconosce, ove parla della venuta in Roma di Tarquinio Prisco, e vedesi in Dionigi d'Alicarnasso *l.* 2. *pag.* 104. *Vir strenuissimus, & operibus bellicis clarus, nomine Lucumo, nuper in amicitiam cooptatus*. In onta adunque di tanti monarchi inventati da Annio, dall'Inghirami, e dal nostro credulo Scozzese Demstero, riconosciamo la parola *Lar* prenome Toscano, e questo appunto aveva il nostro Cilnio, di cui si parla; e siccome in Tolunnio, in Porsena, ed Erminio ravvisar si puote l'agnome, in questo noi ravviseremo l'antichissima famiglia Cilnia Aretina: onde dopo aver ragionato sul prenome di Larte, discorriamo, o Signore, se pur vi piace, dell'agnome di Cilnio. Che Cajo Cilnio Mecenate così appunto chiamato e dagli Storici, e dalle lapidi, e dalle gemme, il di cui padre fu Lucio, perciocchè da un' antica Iscrizione si può dedurre, fosse Toscano, e di un' illustre prosapia, da cui ne' tempi antichi fossero derivati alcuni Principi dell'Etruria; tutti gli Scrittori, e i Poeti, che vissero ne' tempi suoi, chiaramente lo affermano, e Porfirione anti-

antico Grammatico nell' Ode 1. di Orazio *Macenatem ait*, *regibus atavis editum*, *qui nobilibus Etruscorum ortus sit*. Il Lambino lo fa della famiglia *Vipsania*, il Manuzio della *Cincia*, il Glandorpio dell' *Elta*, il Boccalini della *Licinia*, e dell' *Aquilia* il Mureto. Quanto in ciò questi grandi uomini s' ingannassero, lo ha mostrato chiaramente il Meibomio al c. 3. del suo Mecenate.

Cesare Augusto poi in una lettera, che scrive a questo suo confidente presso Macrobio, scioglie sicuramente ogni dubbio, chiamandolo *Lasser Arretinum*, *Tiberinum Margharitum*, & *Cilniorum Smaragde*, rendendo al Tevere (cioè a dire alla Toscana, che per suo riconosce un tal fiume; e così Orazio, Properzio, e Virgilio lo chiamano) ad Arezzo e alla famiglia Cilnia un uomo così cospicuo e per la nascita, e per le sue doti divine, le quali furono cagione, che il Giraldi credesse, che in vece di *Lasser* dovesse leggersi *Esar*, cioè Dio, come lo chiamarono ne' tempi antichi i Toscani.

Della famiglia Cilnia lo riconoscono senza alcun dubbio il Turnebo *Adv. l.* 19. *c.* 2. il Lipsio *Antiq. lect. lib.* 1. *c.* 22. Fulvio Orsino, il Delecam-

campio , Andrea Scoto , e molti altri uomini insigni , che non aerea ed ideale (come sognò al suo solito il buon Macchioni troppo appassionato per Chiusi) ma vera ed incontrastabile riconoscono la famiglia de' Cilnj . Livio racconta , quanto potente ella fosse fra gli Aretini , per cui convenne appolta crearsi un Dittator da i Romani , e spedirlo in Arezzo a sedare le dissensioni della plebe con tal famiglia , e si conobbe libera Roma da un gran periglio di ribellione , che soprastavale , allora che furono aggiustate le cose degli Aretini : nè occorre , che gl' invidiosi Critici per solo prurito di contraddire , leggano in Livio *Licinium genus ;* mentre il Lipsio lume chiarissimo della letteraria Repubblica su la fede de' migliori codici legge *Cilnium genus* , e non *Licinium* , e il conservarsi anche in Arezzo due o tre lapidi della famiglia Cilnia , e niuna della Licinia (essendo falsissima , se pur mai v'è stata , quella che riporta il Demstero *l.* 2. *c.* 55.) nè mai trovarsene memoria ne' manoscritti antichi avvalorano a mio credere l'opinione giustissima , che Aretina fosse la Cilnia , da cui derivò Mecenate . Silio Italico nella seconda guerra Punica fa menzione di un cer-

VI. TA. LI. AE
CON. COR. DI. AE
CO. IV. GI BE. NE
ME. REN. TI

Lupius ibid. pag. 68.
Hic quoque interpungendi modus peculiaris notandus.

Nel

Nel Muſeo Kircheriano del Collegio Romano.

67.

D. M
FLAVIA . MARCIA . ET . EC
NATIVS . LVCIVS . PATRI
VENEMERENTI . FECERV
NT . VIXIT . ANNIS . XXXX

Lupius in Epitaph. Sen. Martyr. illuſtrat. pag. 107.

Nota *Venemerenti*, & nomen Patris celatum.

Nel Muſeo Clementino-Capitolino, olim del Card. Aleſſandro Albani.

68.

D. M
ABGAR
PRAHATES
FILIVS REX
PRINCIPIS
ORRHENORV
HODDA
CONIVGI BENE
MERENTI FEC

Lupius ibid. pag. 111.

Re-

Recensui ipse ex polito & nonnihil ornato marmore. *Phraates* nomen Parthorum Regum.

Horatius == Redditum Cyri Solio Phraatem, seu Prahatem, ut hic lapis habet. Vide Vaillantium de Nummis Parthorum Regum.

Scoperta ultimamente in una Cloaca del Collegio Inglese di Roma.

69.

D M
T. FLAVIO ADIECTO
HAEC. CVSTODIA. MACERIA
CIRCVMCLVSA. CVM
AEDIFICIO. MONVMENTO
CEDIT

Lupius ibid. pag. 115.

Pro *Custodia* hìc intelligendum videtur ipsum septum, sive sepulchrum, & spatium circa id maceria circumclusum, quod, cum ipso ædificio sepulcri, *sacrum* esse ac *sanctum*, sive religiosum locum, ut ajebant, ipse auctor sive institutor sepulcri voluerit.

Nel

Nel Museo Kircheriano del Collegio Romano.

70.

HOC. MONVMENTVM. ITA. VTI. EST. MACERIA. CLVSVM
CVM. HORTO. ET. STABVLO. ET. MERITORIS. CLAVDIA. VENERIA
TI. CLAVDIO. SP. F. SER NARCISSIANO. FILIO. OPTIMO. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. SVIS. ET NARCISSI : : : VIVA DEDIT
CONCESSITQ. ITA. VT. NI. EIVS ABALIENANDI. CAVSSA. QVOQVO
GENERE. COEANT. SED. VT. IPSI. POSTERIQVE. EORVM. FREQVENTANDI
CAVSA. POSSIDEANT. ET. VT. IN. FAMILIAM. MEAM. MEORVMQVE

|||||||||||||||||||||||||||||||||||||

Lupius ibid.

Fidei Commissi alicujus exemplum hoc esse videtur. Meritoriorum autem nomine tum servi, tum jumenta & currus ceteraque instrumenta comprehendi possunt, quorum opera pretio locari posset, & Urbanæ supellectilis pars habita sunt, quamvis in Villis essent & extra Urbem.

In

In una Base scoperta di fresco in Siracusa di Sicilia.

71.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ
ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΘΕΟΙΣ ΓΙΑΣΙ

Lupius ibid. pag. 90.

Age | | | forte ἀγεμονεύοντος, seu ἀγέμονος Dorice pro Ἡγέμον &c.

Rege imperante Jerone Syracusii Diis omnibus.

In Roma presso il P. Beretta della Compagnia di Gesù.

72.

CLAVDIA AVG | | | | | | | |
OPSEQVENS
HANC CASAM in medio marmore | | | | | | | | |
CVM AGRO ET hoc Loco | | | | | | | | |
ET POMARIS incisum | | | | | | | | |
OPTIMAM MA XIMAMQVE
EMI ME VIVA Sympulum CONSACRA IIII
CVSTODI M sive SEPVLCHR III
MEORVM QVI Præfericulum ad IN HAC AR III
INSCRIPTI Sacrificia. ERVNT
POSTERISQVE EORVM

Lupius ibid.

Hæc omnia legata sunt ab hac foemina, quæ Claudii Imperatoris Liberta fuisse videtur, ad sepulcri sui perpetuo

tuo curanda sacrificia, innuitque lapis aram, sive lapidem alium, in quo Posteri & Cognati Claudiæ ipsius Obsequentis inscripti erant, & inscribi debebant.

Scopertasi a Capo d'Anzo nel Gennaro del 1733.

73.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |

PARTICI. PRONEPOT. DIVI
NERVAE. ABNEPOTI.
L. AVRELIO. VERO. AVG
TRIBVNIC. POTESTAT.
COS. II.
ANTIATES. PVBL.

Lupius ibid.

In erosis primis geminis lineis nomina Hadriani & Trajani puto insculpta fuisse. Ceterum illustre hoc est monumentum Lucio Vero Cæsari positum Publice ab Antiatibus, a quibus & alia sic inscribi solita ANTIATES PVBL. docuimus in nostro de Antiatibus Commentario, Veteris Latii Profani Parte Tertia Libro Quarto.

A Ca-

Al Capo d'Anzo ex Ruinis Antiatum
l'Anno 1733.

74.

Voltinia Tribu
C. IVLIO. M. F. VOL
PROCVLO. COS. XV. VIR
SACRIS. FACIVNDIS. FETIALI. CVR
OPERVM. PVBLICORVM. LEG. AVG
P. P. AD CENSVS. PROVINCIAE. LVG
DVNENSIS. AVG. P. P. REGION
TRANSPADANAE. LEG. LEG. VI.
FERRAT. PRAET. TRIB. PL. AB AGTIS
IMP. TRAIANI. AVG. TR. LEG. IIII SCY
THIC. Q. AVGVSTOR. III VIRO. A. A. A. F. F
ANTIATES. PVBLICE
PATRONO

Lupius ibid. pag. 120.

XV VIR scilicet Quindecim Viro. CVR. Curatori. LEG AVG. Legato Augusti. PP. Præposito ad Census. PP. REGION Proprætore Regionis Transpadanæ. LEG. LEG. VI. FERRAT. Legato Legionis Sextæ Ferratæ. Prætori. Tribuno Plebis, Ab Actis, &c. Tribuno Legionis Quartæ Scythicæ, Quæstori &c. Triumviro Auro Argento Aere flando feriundo.

Nel

Nel Muſeo Kircheriano in Collegio Romano.

75.

ΚΛΑΥΔΙΑ ΠΙΘΑΝΗΝΗ
ΟΥΑΛΕΝΤΙ ΥΙΩ ΙΔΙΩ

Lupius. ibid. pag. 121.

In Operculo marmoreo Oſſuarii. Scilicet, *Claudia Pithanine Valenti Filio Proprio.*

In Roma preſſo a San Teodoro in Campo Vaccino.

76.

ENAS. C. F. PVP. NIGER
B. IANO MEDIO SIBI ET
ENATIAE. C. L. VRBANAE
SVFENATI C. L. ARGYNNO
C. SVFENATI C. L. ANTEROTI
SVFENATI C. L. PRIMIGENIO
EX TESTAMENTO. H. S CCIↃↃ
ARBITRATV
ARGINNAE. C. L. VERANAE.

Lupius ibid. pag. 129.

Poſitum eſt monumentum ab Cajo Suſenate Caii Filio, Nigro è Pupinia Tribu, quæ fuit è ruſticis in Agro Tu-

Tusculano, seu prope ipsum, a loco sterilitatis insignis olim sic dicta. Hic autem Sufenas habitavit Romæ in Via, sive Vico, haud ita procul ab radicibus Palatini, ubi lapis inventus est, quæ Via, sive Vicus dicebatur: *Janus Medius* ob Jani templum in medio ejus extructum. Fuerunt namque alia duo templa, sive etiam plura Jani. De hac Via, seu Vico Horatius ex persona Damasippi cujusdam decocti, Satyr. 3. Lib. 2.

...postquam omnis res mea Janum
Ad Medium fracta est; aliena negocia curo.
Excussus propriis.

Erat Vicus mercatoribus & propolis confertus; unde idem Horatius eorum avaritiam insectatus, qui eo Vico habitabant, & negociabantur, ait Lib. 1. ep. 1. O Cives Cives quærenda pecunia primum est,

Virtus post nummos: hæc Janus summus ab Imo Perdocet: hæc recinunt juvenes dictata senesque
Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto.

Scilicet totus Jani Vicus ab summo ad imum hæc perdocet. Videtur fuisse Regione Urbis Octava, quæ *Forum Romanum* appellata est.

In

In Santa Anatolia Diocesi di Camerino, scoperta di fresco.

77. NORTORI
N. F. POL
FEROX
AESAE
EVOCATVS AVG
IOVI CAELESTI
V. S. L. M.

Lupius ibid. pag. 130.

Qui *Aesae* putavit interpretandum de Colonia Aesina, nunc *Jesi* ad *Aesim* fluvium.

Lege - Numerius Ortorius Numerii filius, Pollia ex Tribu, Ferox, ex Urbe Aesina in Piceno, vel Aeserna in Samnitibus, hodie quoque *Isernia*. Miles Evocatus ab Augusto Votum solvit Libens Merito, seu Libero Munere.

In

In Sant' Erminio Villa de' Conti
d' Odi nel Perugino.

78.

sic
GAETVLICAE
HAVE ❦
D ❦ M ❦
GN. POSTVMI ❦
GETVLICI. QVI
VIX. ANN. XIII. M
II. D. VIII. PATER. ET
MATER. ET M
CALLIDIVS. SATV
RNINVS. AVVN
sic
CVL. FECEVNT

Lupius ibid.

Præter Quadratarii errores in prima et ultima linea scilicet AE pro E in *Getulicę* & *Feceunt* pro *Fecerunt*; nota etiam amoris illud argumentum initio lapidis per salutationem *Have*, quod sæpe occurrit.

In

In Roma presso il Boldetti scoperta di fresco.

79.

IVLIA . QVAE NIT
AFANO FORTVNE
LIBERTA BEN ME
RITA. VICTORIS

Lupius ibid. pag. 131.

Nit forte pro *Venit*. Nota quod hæc mulier de nomine Patriæ vocata est. Siquidem Fanum Fortunæ, postquam illuc ab Cæsare Colonia deducta est, vocatum fuit Colonia Julia Fenestris.

In Roma vicino le Terme di Antonino Caracalla, recente.

80.

D. M
M X . VLPIO
AGATHONICO
PAEDAGOGO
A CAPVT AFRI
sic
CE

Lupius ibid. pag. 138.
CAPVT AFRICAE, sive AFRICAES fuit Vicus Romæ, ubi Scholæ videntur fuisse puerorum, & Pædagogi multi: ut ex Fabretto & Grutero ap. ipsum Lupium.

Al 2. miglio della Via Appia presso San Sebastiano.

81.

D M S
SVLPICIE IANVARIE
MATRI CASTE BENE
MERENTI SATRIVS
ALEXANDER FILIVS
F E C I T

Lupius ibid.
Nota diphthongorum furta.

In Roma nel Foro Agonale ora Piazza Navona.

82.

D. ❦ M
P. C V R T I V S
F I L E M O N. Q V I N
T E

TE FILIE DVLCISSIM
FECIT

Lupius ibid. pag. 139.
Et hìc ablatæ diphthongi.

In Roma fuori di Porta Flaminia
in Villa Sinibalda.

83.

ΑΜΕΚΙΩ ΤΕΚΝΩ ΓΛΥΚΥ
ΤΑΤΩ ΟϹ ΕΖΖΗϹ
ΕΝ ΕΤΗ Β ΜΗΝ
ΑϹ Β ΗΜΕΡΑϹ
Ε[illegible] ΑΜΕΛΙϹΑΡΧΩ
ΚΕ ΜΑΡΙΑ ΓΟΝΕΙϹΤΕ
ΚVΩ[illegible] ΑΜΜΜΩΜΩ ΟϹϹΕΙΩ
ΕΠΟΙΗϹΑΝ

Lupius ibid. pag. 140
Qui penultimam lineam se non intelligere fassus est, & ejus elementa non admodum commode divisit.

Scilicet : Amelio Tecno Glychytato os eziben eti B minas B. imèras e . Amelii Archon chiè Maria Gonis tecno amomo *Osio epiisan*. Latine . *Amelio Filio* Dulcissimo qui vixit annos duos menses duos dies quinque Amelii Archon & Maria Parentes Filio Immaculato Sancto Fecerunt.

In Corneto di Toscana scoperta di nuovo .

84.

D. M.
SATVRNIN
AHAEQVE
VIXIT ANNIS
II. MENSES
VIII. DIES VIIII
ANTICONUS E I
SABINA PAREVT
EECEVNT BENEME
RENTI FILIAE

Lupius ibid.
Insignis hic pravitas in incidendis notis animadvertenda.

Nel

Nel Portico di Santa Maria
in Trastevere.

85.

M. ANNAEVS. M. F. ESQ
LONGINVS. MACCVS VIXIT
DVLCISSVME. CVM SVIS. AD. SVP-
REMAM DIEM
C GAVIVS. PRIMIGENIVS VIX
ANN VII
DESINE IAM MATRI LACRIMIS RENO-
sic
VARE QVERELLAS
NAMQVE DOLORTALIS. NON TIBI
CONTIGIT VNI

Lupius ibid. pag. 144.

Non contemnendi essent versus nisi secundo, ut Hexameter sit, syllaba deesset.

In Roma nelle Catacombe,
benchè Gentile.

86.

sic
HIC SITI SVNI
VERECVNDVS. MARCIANE HERMIONE
INTEGRI
C. EGGIVS HERMES. FECIT. ET SIBI
VIVOS

Lupius ibid. pag. 154.

Notanda vox *Integri*, num enim ad animos, num ad corpora tumulatorum referenda? ad animum, ut fuerit integer vitæ scelerisque purus; ad corpora, ut non cremata, neque combusta?

Nel Muséo Kircheriano del Collegio Romano sotto una statua.

87.

P. HONORE
ALEIO. PROCVLO. C. V. Q. K
C. VIVIVS CONSTITVTVS

Lupius ibid. pag. 155.

Malo, *Quratori Kalendarii*, quam Quæstori Kartaginiensi.

Ivi, traslato dalla Vigna Casali in Via Appia, scavato di fresco.

88.

D M VIGI.
SEPTIMIVS. IVBENALIS. S. COHORT PRIM TRALA
XI. VRBANAE. HOC MONVMENTVM. VIRGINE
IN FRONTE. PEDES XII. IN AGRO. PEDES. XVI
CVM. TERRVLA. PVRA. AB. ANTE. ET. DEXTRA

LIAE-

supple

L) AEVAQVE. AD. MVRVM. SICVT
TERMINVS
D | EMONSTRAT. LONGVM. PEDES
LI. LATVM
PED | ES. XXXV. COMINIAE. SEMNI-
TI. COIVGI. IN
COM | PARABILI. ET. SEPTIMIAE. CO-
MINIAE. FILIAE
SVA | BISSIMAE. RAPTIS. CVM. FA-
VSTO. SOCERO. COM
PARAVER | VNT. DE. CORNELIA. CHA-
RITINE. ET. SIBI
ET LIBER | TIS. LIBERTABVSQVE.
(POSTERISQVE. SVIS

Lupius ibid. pag. 159.
Rara illa *Terrula Pura*, quæ non alia fuit, nisi immunis ab ædificiis & cultu quolibet arationum, aut sationum, utpote religiosa, & sepulcralibus sacrificiis inserviens.

Nel Muséo Kircheriano del
Collegio Romano.

89.

DIS M

P. AELIVS. PRIMVS. AVG. LIB
AELIAE. NICENI

CONTVBERNALI . PIENTISSIMÆ
ET . FRATRI . PROTO . FECIT

Lupius ibid. pag. 161.

Merito hi ad Aelium Hadrianum Augustum pertinere existimati sunt.

Ivi parimenti

90.

D M.

VIBIVS VRBICVS
FECIT SIBI ET VLPIAE
EVNOEAE. CONIVGI
SVAE. ET. FILIIS. SVIS
ET LIBERTIS LIBERTA
BVSQVE POSTERISQVE
EORVM

Lupius ibid.

Hæc Ulpiæ videtur sapere aetatem Ulpii Trajani.

In

In Roma presso la Chiesa di San Cesareo in Via Appia.

91.

DIS MANIBVS
HERMES
CALLITYCHEN
CONIVGI SVAE
BENEMERENTI
FECIT
ET SIBI

Lupius ibid. pag. 162.
Callitychenes verti posset Latine *bene, pulchre, munita, muro cincta.*

Nel Museo Kircheriano trasportato da Porta Angelica.

92.

D. M
L. POMPEIVS ERATVS POMPEIAE
ERASTENI FILIAE PIENTISSIMAE
QVAE VIXIT ANNIS IIII. DIEBVS. II
ET CLAVDIAE PRIVATAE
MATRI EIVS BENEMERENTI
ET SIBI ET LIBERTIS LIBERTA

H 5 BVS-

BVSQVAE. POSTERISQVE
EORVM
H. M. H. N. S

Lupius ibid. pag. 162.

Hoc monumentum Heredes non sequitur. Quod ipse neglectum Romæ in Via Publica, intra Pomærium ad Portam Angelicam, transferendum curavi in Museum Collegii Romani.

In Roma già presso Francesco Ficoroni Antiquario.

93.

D. M
CELA DIANI
HEVRESI ET
PROCOPENI
FILIABVS ET
AELIO. CAELADO
COIVGI. B. M
FECIT. AELIA
HEVRESIS

Lupius ibid. pag. 163.

Su-

Supra litteras D. M. ſunt inciſi ramuſculi ſive floſculi.

In Roma nella Scuola del Cav. Ruſconi Scultore, a Capo le Caſe.

94.

nota modum ſcribendi
non ita frequentem
DM. BVS
MANLIAE
PHILETENI
M. MANLIVS
DORYPHORVS
CONIVGI SVAE
CARISSIMAE
POSIVIT
BENEMERENTI

Lupius ibid. qui notavit vocem.

POSIVIT Similem Catullianæ illi ' *Quam Mater prope Deliam Depoſivit Olivam*:

Philetenis quaſi amans ætatis, ſeu

annorum . *Doryphorus. Hastam ferens . Hastatus .*

In una Villa de i Conti d'Oddi presso Perugia .

95.

D M S
ZOSIME
MATER FILIÆ
PIENTISSIME
FECIT QVE VIX.
ANN. XXIII ME
SIB. III. DIE XV.

Lupius ibid. pag. 164.
Furta diphthongorum, & imperitiæ scribendi notabilia.

In Roma presso gl' Orti Farnesi nel Palatino, 1732.

96.

MELITA
DVLCIS
ANIMA

Lupius ibid. pag. 165.

Su-

Supra fragmentum Crateris Chryſtallini inſcriptum aureis literis.

In Roma ſopra un' Urnetta antica del Baron Mantica.

97.

HIC. SITVS. EST. M
VLPIVS. FIRMVS. A. L.
ANIMA BONA SV
PERIS REDDITA
RAPTVS A NYMPHIS
VIX. ANN. VIIII. M. VI.
sic
DECEPTOR PARENTO
RVM. VLPIVS NYMFHICVS
FIL. DVLCISSIMO

Lupius ibid. pag. 189.

Splendidum eſt illud *Parentorum*, & portentoſum: elegans autem illud *Deceptor* ſcilicet, qui parentum ſpem fefellerat, longam filii vitam ſibi polſicitorum.

In un bel marmo ſcoperto di freſco in Tivoli, al Carmine.

98.

CN. PINARIO. CN. F.
SEVERO CONSVLI. AVGVRI. REGI.
S. A.
IMP. CAESARIS. NERVAE. TRAIANI. AVG.
SALIO. COL.
CORNELIA MANLI.

Vul-

Vulpius Tom. X. Vet. Latii.

Vidi ipse & descripsi Tibure vix detectum marmor, quod diù pro limine jacuerat, in Porta Templi Beato Petro dedicati, literis obversis & occultatis. Est modo in Museo Clementino Capitolino, jam Card. Alexandri Albani, ab ipso eidem Museo cum aliis plurimis inscriptis lapidibus dono datum. In hoc lapide primæ lineæ litteræ grandiores, secundæ lineæ minores, tertiæ ac quartæ minimæ, omnes tamen pulcherrimæ.

In Tivoli, già in S. Silvestro, ora in Roma nel Muséo Capitolino.
Vulpius Tom. X. Vet. Latii.

99. DI I VAE DRVSILAE
sic
I SACVVM
Supplevit Lupius R I VBELLIVS. C. F. BLANDVS
LEG I DIVI. AVG. TR. PL. PR. COS
PRO I COS PONTIF

Hæc est Livia Drusilla uxor Augusti Cæsaris, cujus Servorum ac Libertorum Sepulcrum detectum paucis ab hinc annis Via Appia illustratum est editionibus & notis Cll. V. V. Blanchinii & Gorii. Ejusdem sepulchri lapides inscripti visuntur in Museo olim Albano, nunc

nunc Clementino Capitolino, ubi etiam hic Drusillæ lapis.

In Roma nel Muséo Kircheriano del Collegio Romano.

100.

IIIIIIIIIIIIATVMENNIA
GALIAE. L. LAIS
VIXIT ANNIS XVIIII
VIRGO

non tamen Vestalis;
cui videtur Libertina
Conditio Laidis officere.

Lupius in Epitaph. Sever. Martyr. illustrato pag. 28. qui ut ineditam antea vulgavit.

Cum hic titulus censeatur non Christianus; rarum vocabulum *Virginis*.

Cui legisse satis non est Epigrammata Centum;
Nil illi satis est, Cæci-liane, mali.

Martial. ep. ultim. lib. pr.

JOANNIS BAPTISTÆ
POLLIDORI.
DE FALSA DEFECTIONE
NERITINÆ CIVITATIS
AD VENETOS
REGNANTE
FERDINANDO I.
ARAGONIO

Dissertatio Historica.

S. AUGUSTINUS Lib. III. contra Julianum Cap. III. *Mira ſunt quæ dicitis : nova ſunt quæ dicitis : falſa ſunt quæ dicitis. Mira ſtupemus : nova cavemus : falſa convincimus.*

VIRO CLARISSIMO

D. C A T A L D O

ANTONIO CASSINELLO

Metropolitanæ Ecclesiæ Tarentinæ Canonico Pœnitentiario.

Jo: Baptista Pollidorus S. *P.*

UBi primum Vir Cl., ex Japygia in Frentanos redii, promissi memor, nihil antiquius habui, quàm obligatam Tibi fidem liberare. Igitur, quæ Tarenti coram multis eruditione, & judicii acrimonia Viris præstantibus de falsa Neritinorum defectione ad Venetos, regnante Ferdinando I. Aragonio, uno tenus ore disserui, Latinis mandata literis mitto. Opellam Neriti cœptam, Neapoli secundiori usus otio, momentis validioribus instruxi, Anxani complevi. Pro veritate susceptus labor, non dubito, quin gratus Tibi, & illis accidat, si minus ejus merito, saltem auctoris caussa, & voluntate: qui, ut viris tantis morem

rem gererem, hanc ſpartam ſumſi: & quamvis brevi, non tamen invitus adornavi. Ineunte Novembri Neapolim ad capiendam Doctoratus Sacræ Theologiæ, & utriuſque Juris lauream rurſus cogito. Ibi avidus tuas, & amicorum literas præſtolor: quibus plurimam meo nomine ſalutem impertias: Vale. Anxani tertio nonas Septembris, Anno Domini MDCCXVI.

IN-

INDEX

Et Argumenta Capitum.

I. NEritum Japygiæ Urbs pervetusta, & nobilis multis nominibus a Scriptoribus celebrata. Ob incorruptam erga Reges fidem amplis donata Privilegiis. Hanc illi laudem cum merito hodierni quidam Lycienses nullo jure eripere conantur.

II. Neritinorum ad Venetos defectio regnante Ferdinando I. Aragoneo perperam ficta, & assuta Chronicis Antonelli Conigeri, & lib. 5. Jacobi Antonii de Ferrariis Lyciensium.

III. Fabellam Andreas della Monacha Brundusinus confidenter arripit. Eam Lycienses quidam publica editione Operum Conigeri, & Ferrarii notiorem vulgò reddunt.

IV. Germanum Conigeri Chronicon aliud esse à vulgato ostenditur.

V. Jacobi Antonii de Ferrariis opus confusum. Chronicon, & Demonstratio rationum, liber diversus ab Apologia Paradossica. Cl. Viri Domini-

XIV. Male assutam utrique fabulam adversis frontibus secum pugnare, multisque absurdis patere ostenditur. Absurdis supina oscitantia, & exaggeratio addita.

XV. Inconstans, atque contraria ejusdem rei narratio falsitatis argumentum.

XVI. Jactata Lycii potentia, atque frequentia belli Veneti tempore, excogitata, & ficta. Humilis, atque dejecta aperitur loci conditio.

XVII. Ab anno Jesu Christi MCCCCLXIII. Lyciensis Civitas in pejus lapsa.

XVIII. Anno MCCCCLXVII. pestilentia miserrime laborat; habitatoribus pene vacua relinquitur. Solitudo ejus historicorum testimonio, & publicis Lyciensium Monimentis asseritur.

XIX. Nova mala, atque dispendia Lyciensium ex Turcico bello, & peste.

XX. Misera Lycii Conditio ad initium XVI. Jesu Christi seculi gravissimo Antonii Galatei coaevi Scritoris testimonio comprobatur.

XXI. Nugatorum assertum de armatis Lycii duobus millibus peditibus, multisque equitibus *Ex propriis Civibus* contra Venetos, tanquam figmentum refellitur.

XXII. Non minoribus absurdis obnoxiam esse Donationem Neritinæ Urbis ea de caussa Lyciensibus factam ostenditur

XXIII. Ex insulso, & inepto Diplomate ea de re pro Lyciensibus dato a Cæsare spurio Regis filio nova figmenti argumenta sumuntur.

XXIV. Venetorum urgente bello *Neritinos principium, & caussam omnium* malorum, tum etiam *defectionis totius Provinciæ* ad hostes fuisse falsum est.

XXV. Quæ de Sigillis, & privilegiis Nerito ademptis, convectisque Lycium corruptor Ferrarii comminiscitur paribus difficultatibus, & fide laborant. Verum Baronæ Familiæ stemma detegitur, & illustratur.

XXVI. Conjunctum deinceps stemma Neriti cum gentilitio Baronæ Familiæ Lyciensis, positumque in publico Archivo ad rei memoriam perennandam fide, & ratione caret.

XXVII. Proponuntur momenta, quibus Stephanus tunc Lycii Syndicus a Genealogia Baronorum Lyciensium videtur excludi.

XXVIII. Privilegia Neritinorum ab Regibus, Summisque Principibus olim concessa, etiam post bellum Venetum, in publico Neriti Archivo constat servata.

XXIX. Aliis argumentis absurdæ narrationis figmenta deteguntur, & confutantur.

XXX. Nova indicantur figmenta, quæ prioribus fabulis a Conigeri, & Ferrarii corruptoribus sunt superstructa.

XXXI. Fabula de æquatis solo ab Lyciensibus Neriti mœnibus præcipuis argumentis refellitur.

XXXII. *Officiales* non eos, quos Conigeri corruptor memorat, Anno Domini MCCCCLXXXV. Neritum gubernasse: tum in pluribus ejusdem ætatis publicis scripturis *Civitatem* & *Urbem* appellatam esse.

XXXIII. Figmentum de una dumtaxat Porta relicta, aliis omnibus cum mœnibus solo æquatis, aperitur. Qualis illa vulgò a Lyciensibus credita, & cur *Lyciensis* appellata?

XXXIV. Diuturna Friderici Regii Principis mora Lycii ad XVIII. Mensis Decembris anni MCCCCLXXXV. falsa oonvincitur.

XXXV. Initium novi belli in Ferdinandum Regem a Baronibus excitati ex coævis Scriptoribus manifestatur contra falsum Conigerum.

XXXVI. Modus, quo rem cum Ferdinando rege Lycienses tractasse scribitur, inverisimilis narrationis fig-

figmentum arguit. Alia illi adjecta afferta falfa manifeftantur.

XXXVII. Regis gratia, qua Anghilbertus de Baucio multis ab Veneto bello annis potitus dicitur, fictitia. Mendacia probra funt iis, qui fingunt, non illis adverfus quos effutiuntur.

XXXVIII. Nota, qua Neritinos Lycienfes inurunt: ipfofmet Lycienfes laborare ex Conigero, & publico Patriæ Urbis monimento probatur.

XXXIX. Idem proditur a Ferrario.

X L. Differtationis Conclufio.

D E

DE FALSA DEFECTIONE NERITINÆ CIVITATIS *AD VENETOS* REGNANTE FERDINANDO I. *ARAGONIO*

Dissertatio Historica.

I. NEritum Japygiæ Urbs vetustissima, sive egregias, quæ a natura sunt ipsi tributæ Cœli, solique dotes, sive illustre nomen, & gloriam, quæ ab Civium nobilitate, virtute, ac meritis multifariam afferri solet, spectemus, ita præstat, ut non ita multis Neapolitani Regni Civitatibus sit posthabenda. Tantam ejus dignitatem, quum exteri quique veteres, atque recentes Scriptores probè novissent, pro re nata præclaris illam laudibus extulere. Ut alios pene innumeros sileam, Jacobus Pergantæus in lib. de *Rebus Sallentinorum*, Paullus Jovius Nucerinus Episcopus in vita magni Consalvi, & Hieronymus Martianus in lib.

IV. cap. XXV. Historiarum Hydruntinæ Provinciæ, ab *insigni vetustate*, commendant; ejusque originem ad antiquissimos usque Græcos ex Leucadia in Italiam profectis, referunt. Antonius Galateus in lib. de Situ Japygiæ, a *cœli temperie*, *atque salubritate*, a *Soli ubertate*, tanquam *olerum*, *ac frugum supra* fidem *feracissimi*, a *studiis litterarum*, *toto olim Regno celeberrimis* ibidem florentibus, nec non æque a *literis*, *atque armis* sibi splendore parto magnifice laudat, & in Epistola ad Bellisarium Aquivivum, in qua quærit, an *arma literis sint præferenda?* Urbem Neritum *pulcherrimam*, *ac celeberrimam* nominavit. Q. Marius Corradus Uritanus in Oratione de Francisci Dyrrachini divinis honoribus *Sallentinorum Urbem nobilissimam*, Scipio Mazzella Neapolitanus in Descriptione Regni Neapolis sub Titulo: *Terra d' Otranto VII. Provincia del Regno di Napoli*, *pag.* 188. *Urbem valde pulchram*, *& antiquam*, Leander Albertus in Descriptione Italiæ agens de Sallentinorum Urbibus eamdem ipsam a *divitiis Civium*, *comitate*, *& literarum cultu extulit*. Ferdinandus Ughellus in Tomo I. Italiæ Sacræ *antiquissimam*, *Populo frequentem*, *ac lautam*: Joannes Baptista Ni-

Nicolosi de Japygia verba faciens fol. 99. *Urbem Episcopalem, magnificam:* Abbas Joan. Baptista Pacichellus in II. parte operis inscripti; *Il Regno di Napoli in Prospettiva*: *Urbem ex majoribus, atque splendidioribus Japygiæ; natalibus nobilem, & antiquam*: Aloysius Tassellus in lib. II. de Antiquitatibus Leucæ cap. XV. *Urbem nobilissimam, ac unam ex quatuordecim illis celebribus, quas quondam in Messapia floruisse Strabo commemorat*: & in lib. III. cap. XXIII. *Omnium scientiarum Gymnasium appellant*. Adeo egregias dotes, ac merita, longe celebriora reddidit spectatissima, quibus perpetuo Neritum floruit, erga Neapolitanorum Reges fides, & observantia. Cujus caussa eximiis laudibus Urbs cum Civibus ab illis est commendata. Neque solum glorioso illo *fidelissimæ* titulo, quo tantopere primariæ hujus Regni Civitates gloriantur, eam ornarunt Joanna Prima Regina, ac Ludovicus Conjux, Joanna Secunda, Ferdinandus Primus, Carolus Nonus, Ferdinandus Tertius Rex Catholicus, & alii; verum etiam tot tantisque longe amplissimis Privilegiis, gratiis, libertatibus, juribus, prærogativis, indultis, immunitatibus, tum ipsi, tum alii Neapolitanorum reges, supremi-

que Japygiæ Principes ditarunt, ut vix alia Urbs sit, quæ majoribus potiatur, ac gaudeat. Eorumdem authenticum sumptum ad hanc usque diem prostat in luculentissimo Instrumento Neriti quartodecimo Kalendas Febr. anno a Virginis partu 596. supra millesimum solemni ritu confecto a Notario Francisco Nociglia Neritino. Idemque Instrumentum tanquam egregium Neritinæ Fidei erga suos reges Monimentum in Episcopali, atque Urbano Archivo diligenter servatur, habeturque in *authographo Protocollo* ejusdem Notarii apud Carmelitas ejusdem Urbis pag. 27. Voluminis Decimæ Indictionis. Quod ea potissimum de caussa, ubi prostat, indicare voluimus, ne quid in re tanti momenti seræ posteritati tradenda prætermisisse videamur. Adeo vero insignem Neritinorum fidem, quæ tot ab suis Regibus præmia meruit, & honores, adeo constantem erga supremos Regni Dominos famulatum, & observantiam, quam nulla hactenus temporum adversitas, nulla hostium vis infringere potuit, recentiores quidam Lycienses, quorum nomina ignota Posteris esse volumus, patriæ Urbi honorem, ac meritum suis mendaciis aucturi, hac ipsa, qua vivimus, ætate, non ore

ore tantum, verum etiam scriptis, per summam injuriam labefactare conati sunt. Qualem autem idoneam falsis commentis occasionem sumpserint, quibusve technis, ut rudibus fucum facerent, hæc ipsa pervolverint, ab ovo rem omnem repetentes, quam paucissimis aperiemus.

II. Annus millesimus quadrigentesimus octogesimus tertius ab Ortu Salvatoris excurrebat, quando Veneti acerbissimum adversus Herculem Ferrariæ Ducem, Ferdinandi Primi Neapolitanorum Regis generum, suscepere bellum. Cui terra, aquisque laboranti opem laturus Sixtus Quartus Pontifex Maximus, cum eodem Ferdinando Rege, Ludovico Sfortia, qui pro Fratris Filio Mediolanensibus imperabat, Florentinis, ac Ludovico Mantuæ Marchioni sequenti anno fœdus inivit; Calabriæque Dux Alphonsus communi omnium consensu rei bellicæ præfectus est. Hunc autem simul cum Patre, ut ab incæpto hostes revocarent, ingenti comparata classe, eam in Japygiam adulto vere miserunt; atque Callipolim primum, decimo septimo Kalendas Junias, ut coævi scriptores produnt; postea verò Neritum sexto Idus Julii, omni adhibita belli, & machinarum vi, expugnarunt. Nihil

hil tamen profuit Neritinis Civibus peracerrime, fortissimeque bellantibus Venetis obstitisse; nihil obsessam Urbem nullis externis munitam præsidiis, sed propriis tantum fultam viribus, complurium dierum spatio defendisse, nihil denique validissime defensam, etsi coacte, non nisi honestis tamen utrinque pactis conditionibus hosti cessisse. Inventi sunt enim duo post secula Lycienses nonnulli, qui ex domesticis latebris Antonelli Conigeri Ferdinando Primo supparis *Chronicon*, nec non Jacobi Antonii de Ferrariis *Paradoxicam Apologiam* pro Lyciensi Urbe Patria ad Carolum V. Imperatorem Augustum ex antiquis codicibus pro libidine describentes, mutantes, detrahentes, addentes, corrumpentes, nedum tantam Neritonensium virtutem, constantissimamque in Regem fidem debitis, ut par erat, laudibus non ornarunt, verum easdem ipsas, quis crederet? contra omne fas, in indignum vertentes scelus, tanquam veram historiam seris posteris prodere ausi sunt: *Neritinam Urbem, antequam Venetos hostes viderit, Ferdinando Regi nullo cogente rebellasse: statim a suis Lyciensibus (si superis placet) factum hujusmodi indigne ferentibus magno militum, armorumque apparatu recuperatam*

tam esse. Omnibus prorsus æquatis solo mœnibus, in sceleris pænam Civitatis nomen, atque honores amisisse: in Castrum conversam esse; Lyciensi magistratui ex Regiorum Præsidum jussu, tanquam angarium, ut vocant, *&* *Perangarium dono datum, atque subjectum: vilissimis denique Lyciensium servitiis. Neritinos jam non amplius Cives, sed miseros, vilesque Oppidanos, addictos fuisse.*

III. Principio, ut longe, lateque Commentum vulgaretur varia utriusque labefactati Operis exemplaria, quæ ad salsamentarios afferuntur, huc, illucque tamquam authorum germanos fœtus sparsere. Missa sunt eadem ipsa & ad Andream della Monaca Brundusinum, quì per id temporis, adornatas jampridem ab Eruditis viris Ferdinando Glianes, Jo: Maria Moricino, & Io: Baptista Casimiro sub suo nomine paucis adjectis, vel mutatis, patriæ Urbis editurus historias, operæ pretium se facturum putavit hujusmodi Lyciensium ineptiis id opus infarcire. Quare pro illo, quo passim in Neritonam Urbem, & Ecclesiam nullo merito bacchatur oestro, totam illam nuperrime natam tabellam, tamquam jampridem a Conigero proditam in lib. IV. cap. XII. pag. 554. diligenter de-

scripsit. Anno deinde MDCC. non Brundusii, *In Typographia Archiepiscopali*, sed *Lycii Typis Mazzei*, id ipsum Conigeri Chronicon a Lyciensibus est excussum. Nec ita diu post, ibidem eorumdem opera *Paradoxica* pariter *Apologia*, sub *Jacobi Antonii de Ferariis* nomine evulgata. Quo factum est, ut multi, nunc etiam vulgo, Lycii inveniantur, qui utroque fulti opere, passim id scelus in Ferdinandum Regem Neritinis obiiciant; passim relatam de ipsis a suis Civibus Victoriam prædicent, ac tanquam triumphum pluribus nominibus insignem extollant.

IV. Sed frustra ejus generis *Scioli* cum Andrea della Monaca &. si qui sunt aliis ejusdem mentis hominibus, Neritinæ Urbis dignitati invido ore oblatrantes, Antonelli Conigeri, & Jacobi Antonii de Ferrariis authoritate abutuntur, & nomine, quum luce ipsa meridiana clarius constet, quidquid modo apud utrumque scriptorem de Neritinorum ad Venetos defectione legitur, putidissimum recentium quorumdam commentum esse, qui Patriæ Urbis gloriam aliorum dedecore, ac detrimentis aucturi Fabellam illam adversus Neritum non ita pridem confinxere. Neque in ea re com-

pro-

probanda multum nobis laborandum est. Estant siquidem complura in Japygia, & alibi utriusque germani, atque sinceri operis diu ante nostra tempora manuscripta exemplaria, in quibus nihil prorsus tale apparet, quod nunc in vulgatis eorum nomine opusculis tanto cum verborum apparatu contra Neritinos leguntur. Quinimmo, priori loco a nobis laudatus author, ne dum a Ferdinando Rege Neritinam Urbem defecisse non scribit, sed aperta omnino sententia quam paucissimis, suo more, a Venetis captam fuisse significat. Atque id sane cum ex aliis, tum potissimum ex veteri M. S. Chronico Antonelli Conigeri, quod Illustrissimi, & oppido eruditi viri D. Jacobi de Franchis Taviani Marchionis olim fuerat, & nos modo possidemus: itemque ex M. S. libro Jacobi Antonii de Ferrarii annor. CXX. antiquitate prædito, cui titulus est: *Dimostrazione verissima esposta in una Paradossica Apologia spettante alli pregi, e ragioni della Città di Lecce*, Neapoli in domestica Viri Clar. Josephi Vallettæ Bibliotheca servato, exactè deprehendimus. Porrò autem Antonellus Coniger Chronicon illud orditur, non *ab anno Christi nongentesimo sexagesimo, & a Crea-*

tione Othonis Imperatoris, ut quam inepte in vulgatis exemplaribus legitur; sed a *Nativitate Domini Nostri Jesu Christi*. Quod quidem germanum Conigeri opus ab eodem tempore exordium sumens, plures viri eruditi laudarunt in suis operibus, quæ jam pridem in ipsa Lupiarum Urbe publicis typis sunt excusa. Nos aliis brevitatis caussa prætermissis, unum tantum, & alterum è Salentinis producemus in medium, ut facili quisque negotio cognoscat, ea, quæ pro re nata dicturi sumus, in quanta omnium luce versentur. Ac, ut in hoc quoque capite a Lyciensium rebus ne latum quidem unguem deflectat oratio; ipsemet Coniger sub *Nerone Imperatore* Sancti Justi Pauli Apostoli Discipuli, ac Christi Martyris brevi calamo expressam narrat historiam, quam ex eodem Conigeri Chronico Jacobus Antonius Ferrarius Lyciensis in Epistola scripta Neapoli die 6. Septembris 1578. ad *Abbatem Joannem Franciscum Mutium Cerasinum Cathedralis Ecclesiæ Lyciensis Thesaurarium* citat, atque recenset. Vulgata vero ea est Epistola *Lycii* Typis Petri Michaelis, anno Domini sexcentesimo quinquagesimo septimo supra millesimum; legiturque post *vitam Sancti Fortunati Martyris*,

se-

secundi Lupiensium Episcopi, a memorato Ferrario scripta, *ac Joanni Francisco Rubeo Lupiensium Syndico dicata*. Præterea in eodem M. S. ac germano Conigeri Chronico ad *annum Christi septingentesimum, quinquagesimum tertium*, legitur: *Leucium Brundusinum Episcopum* inter Confessores habitum, a Stephano III. Summo Pontifice Sanctorum albo adscriptum fuisse; ipsumque omnino locum e memorato toties Antonelli Conigeri Chronico laudat Aloysius Tassellus in lib. 3. de Antiquitatibus Leucæ, postremo folio 577. editionis Lyciensis, curatæ anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo ..... Ejusdem vero Conigeriani Operis aliud exemplar, quo usus est vir Eruditus Antonius Beatillus Barensis in adornanda vita S. Irenæ Virginis, & Martyris Lyciensium Patronæ, Neapolitanis Typis excussa *apud Tarquinium Longum* anno exacti seculi *Nono*, non a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, vel ab anno nongentesimo sexagesimo; sed a *nongentesimo tricesimo octavo* sumebat exordium, ut liquet ex Indice authorum, aliorumque diversi generis monumentorum in eo opere ab se citatorum col. 1. sub litera A adeo ut, vel hinc levi negotio sapiens lector conjicere

pos-

possit, quam diversa sint, ac varia Conigeriani Chronici Exemplaria, quibus Eruditi viri olim usi sunt, passimque nunc in Sallentinis, & alibi circumferuntur.

V. Neque minores tricæ Eruditis viris oboriuntur ex ipsa prima fronte Operis inscripti; *Paradossica Apologia Jacobi Antonii de Ferrariis*, quod nuperrime a Lyciensibus vulgatum est. Nam quod olim avorum memoria exstabat, longe aliud opus fuisse, liquet ex ipsomet titulo, qui a citato paullo ante Beatillo sub litera G memorati Indicis, sic exprimitur: *Giacomo Antonio Ferrari in una sua Cronica manoscritta intitolata Dimostrazione verissima, e mirabile letta in una Paradossica Apologia delle ragioni dell' Illustre Città di Lecce.. Si conserva in Lecce insieme presso di molti, ed in compendio presso il Signor Francesco Antonio di Giorgio degl' Ammirati*. Quis amabo, adeo hebes est ingenio, qui ex hoc titulo probe non noscat. Demonstrationem illam non *Ferrarii*, sed alterius omnino authoris fuisse? Et tamen id omne, quod in illo nuper excuso opere legitur, non alteri, quam ipsimet Jacobo Antonio Ferrario appingi, nullus ignorat. Confirmat id ipsum alterum ejusdem operis vetus Exemplar, quod olim nobis.

bis ostendit vir Eruditus Franciscus de Ambrosia Cupertinensis: titulum enim præferebat: *Demonstrazione verissima delle Ragioni della Città di Lecce, che tiene sopra tutte l'altre del Regno lette in una Scrittura Apologetica Paradossica a pro della medesima, e disposte, ed illustrate secondo l'ordine Cronologico da Giacomo Antonio de Ferrariis, e dal medesimo indrizzate a D. Pietro Girone Duca d'Ossuna, e Vicerè in questo Regno di Napoli.* Hoc opus, ut facile sapiens lector ex recensitis titulis deprehendet, unum omnino, idemque est ac Chronicon, quod ejusdem authoris nomine circumfertur, voluminis mole, ac rerum numero longe brevius, atque contractius *Paradossica Apologia*, a recentioribus pro libidine aucta, mutata, ineptissimisque Fabellis adversus Neritinorum decus, pluriumque Urbium, ac Regionum dignitatem, & gloriam effutitis refertam: quarum ne quidem obscura vestigia in veteribus illis, atque germanis Jacobi Antonii exemplaribus reperire licet. Quamobrem mirum cuiquam meritò esse non debet, si vir Eruditus Dominicus de Angelis Lyciensis minus diligenter rem ipsam perscrutatus in Vita Jacobi Antonii de Ferrariis pag. 132. scriptum reliquit:

Ol-

Oltre alla mentovata Paradossica Apologia; scrisse anche una Cronica intorno all' Istoria della medesima Città di Lecce divisa in quattro piccioli Libri, che M. S. in foglio si conserva in Napoli nella famosa Libreria del rinomato, e dottissimo Giuseppe Valletta, ed avendola riscontrata con la detta Apologia, ci è paruto, che quella possa essere stato un Compendio di questa: mentre in amendue si discorre della medesima materia: nella Chronaca prestamente, e con brevità, e nell' Apologia con miglior metodo, e diffusamente: onde si dee credere, che la Chronaca fosse stata scritta da lui frettolosamente, ed in quell' angustia di tempo, che gli fu stabilito per la difesa delle ragioni della sua Patria, e per l' Istruzione della mente de' Giudici, e l' Apologia poi fosse distesa con miglior ordine, e metodicamente in somiglianza di Storia Dissertativa; mentre non solo porta tutte le notizie appartenenti alla sua Città, e ne stabilisce le ragioni, ma si obbliga anche di rispondere a quelle delle due altre Città competitrici.

VI. Præterea, qui Paradossicam illam Apologiam a Ferrario conscriptam fuisse contendunt cum Dominico de' Angelis in vita ejusdem Anto-

nii

nii pag. 130. communi sententia produnt, id, *quo tempore Carolus V. Imperator Neapoli morabatur*, accidisse; authoremque ipsum annum ætatis *septuagesimum septimum* tunc egisse. Quum autem idem Jacobus Antonius non nisi anno Christi *quingentesimo septimo supra millesimum* natus sit, teste citato paullo ante Dominico de Angelis pag. 123. illius ætatis *septuagesimus septimus* incidit *in annum post Virginis partum millesimum quingentesimum octogesimum quartum*, quo tempore Carolus V. Imperator non solum non erat Neapoli, sed ne quidem inter vivos: *obiit enim anno ab ortu Salvatoris quingentesimo quinquagesimo octavo supra millesimum*, quemadmodum Joannes Antonius Summontius Parte IV. Historiarum Regni Neapolis lib. X. cap. 2. fol. 298. aliique plures ejusdem temporis notant Historici. Neque expositam difficultatem tollit recensita paullo ante Dominici de Angelis assertio, qua prodit, scripsisse primum Jacobum Antonium pro Urbe patria Chronicon, deinde vero opus ipsum auxisse, ac Paradossicam Apologiam confecisse, atque id quidem, non istam, quo tempore coram quinto Carolo controversia de Urbium Neapolitani Regni præstantia

tra-

tractabatur, judicibus obtulisse. Enim verò, ut prætercam, quæ rursus adversus hujusmodi arbitrarium assertum urgent momenta, ex recitatis paullo ante antquiorum ejus operis exemplariorum titulis ducta; ipsemet Jacobus Antonius sub initio laudati Chronici prodit quando id scribebat *sexagesimum quintum circiter annum egisse*. *Essendo io* (scribit) *stato dottorato nella gran Madre de Studj Bologna l'anno mille cinquecento ventisette al puntual giorno, ed ora, che io compiva il vigesimo primo anno della Natività mia; ora colla grazia del Signore Iddio, annovero dal mio Dottorato anni quaranta tre, in quaranta quattro*. Atqui annus sexagesimus quintus ætatis Jacobi Antonii respondet anno a Virginis partu *millesimo quingentesimo septuagesimo circiter tertio*. Ex supra notatis autem historiæ momentis ne quidem eo tempore Carolus V. in vivis agebat, tantum abest, ut tunc Neapoli moraretur: ad quam Urbem non nisi *anno Christi millesimo quingentesimo tricesimo quinto* Carolum concessisse, ex Joanne Aotonio Summontio in parte quarta Historiarum Regni Neapolis, & aliis coævis Historicis liquido constat.

VII. Sed fingamus id opus longe aliud

aliud a Chronico Jacobum Antonium de Ferrariis pro Urbe patria verè scripsisse, negare Lycienses jure non poterunt *id ipsum Authographum* pro cujusque libidine a posteris Civibus fuisse corruptum, variis in locis labefactatum, atque in pluribus suis partibus lacerum, deletum, atque interpolatum esse repertum. Proinde quidquid in edito nuper opere legitur, non juxta integrum, & germanum volumen, sed juxta corruptum, mancum, depravatum, ac labefactatum; vel secundum exemplaria, quæ ob authographi integri, at sinceri defectum, fingi tantum, aut putari germanæ authoris sententiæ, verbisque conforme poterant, non autem certo nosci, ac deprehendi. Sed audiamus quæso quam belle adversus suos Lycienses conscius, instructusque rem ipsam exponat citatus sæpe numero Dominicus de Angelis in vita Jacobi Antonii pag. 130. *La mentovata sua Paradossica Apologia .... quanto prima dovrà uscire; essendosene di già impressa la maggior parte per opera, e diligenza dell' eruditissima Accademia degli Spioni: avendo Giusto Palma onoratissimo Gentiluomo Leccese, e Console della medesima, Uomo anch' egli quanto saggio, ed erudito, altrettanto aman-*

amante dell' onore della Patria preso la lodevol cura di farla stampare, e per mezzo della diligente attenzione di D. Lazzaro Greco, anch' egli Accademico, di farla riscontrare con le migliori, e più fedeli copie, che ne correvano, riducendola al senso del suo proprio originale, il quale si è trovato in moltissime parti lacero, guasto, ed alterato per lo poco intendimento di quei, che vi avevan fatto sopra parecchie aggiunte discordanti dalla Cronologia de' tempi, e dalla verità di quella Storia, e particolarmente per l' imperizia, e per l' avidità di poco accorti annotatori. Alcuni de' quali, indotti forse da strabbocchevole desiderio d' ingrandir troppo la fama della loro Famiglia, e d' innalzare i fatti degli Avi loro (addere debuerat, *e della Patria) si studiarono poco felicemente di accrescerla di Notizie stravagantissime, e lontane dalla mente dello Scrittore dell' opera.*

VIII. Quæ quum ita sint, quoniam in edito illo Opere inscripto: *Apologia Paradossica*, nescimus quæ nam expresse partes sint ex authographo; quæ eodem manco, vel deficiente posita: quæ denique ex cerebro, vel aliis dubiis exemplaribus restituta, merito, verissimeque asserere possumus, nihil prorsus in eo opere modo

esse,

esse, quod certè Jacobi Antonii de Ferrariis esse constet. Non aliter magnus ille Ecclesiasticæ Historiæ Parens Baronius in Tomo VI. Ecclesiasticorum Annalium ad Annum Christi quingentesimum decimum, quod Aristotelicorum operum non nullas lacunas impleverit Apellico, ignorenturque nunc loci illi restituti, negavit jure a quoquam dici posse hoc, vel illud, certo, verissimeque, dictum est Aristotelis: *Hæc* (inquit num. 5.) *nos verbatim singula hic reddidisse voluimus, quod sciamus reperiri homines adeò Aristotelis studiosos, ut quæcumque in ejus scriptis reperiantur, veluti ex divino quodam Oraculo probata recipiant, atque defendant: Ut satis sit iis illud instar Pythagoræ discipulorum usurpare: Magister dixit. Cum tamen licet in ejus libris scriptum quid inveniatur haud satis constet an revera ipse dixerit, vel Apellico apposuerit, qui multiplices lacunas implevit, vel alii addiderint, qui mendosissimos ab eodem Apellicone* (ut ait Strabo in lib. 13. Geograph. pag. 70.) *editos Codices emendarunt, quos ille corruperat, vel aliter posita Librariorum incuria depravarat, adeò ut verius, atque consultius sit dicere, cum Aristotelis scripta citantur, id quod asseritur apud Aristote-*

stotelem reperiri , quam Aristotelis esse , & Peripateticorum potius eam esse sententiam , quàm germanam , puramque ipsius Aristotelis assertionem . Sic longe aptissime pro re nata Baronius.

IX. Et si vero præter illum , qui ad Neritinos pertinet pluribus aliis in locis recentiorum vitio Conigeri Chronicon corruptum esse , ex veterum Exemplarium collatione noscatur , credi tamen vix potest , quam præcipuo conatu pessime de re literaria , atque historica meriti fiunt , qui Paradossicæ Apologiæ tres ante annos sub illustri Jacobi Antonii de Ferrariis nomine publicis typis excusæ singulas fere paginas immutarunt , labefactarunt , pluribusque fabellis , atque mendaciis refersere , quo facilius in posterum hac honesta tecti larva ineptis imponerent , ac quidquid in mentem venerat falsi , quod vel quoquo modo ad Lyciensium dignitatem faceret , imprudentissime obtruderent . Quasi stolidi porsus essent Eruditi viri , ac stupidi , qui tot nuper perperam effutita atque consarcinata in illo perridiculo opere insulsa figmenta , instructas ad dolos technas , atque præstigias non subodorarent , detegerent , ac patefacerent . Immortali Divini Numinis beneficio non ea nos ætate vivimus ,

quæ

quæ nullos numeret viros doctos, sed seculo, & literarum cultu, & Eruditione longe florenti: non inter Margitas degimus, sed in Italia, in Neapolis Regno, de cujus nunc unaquaque Urbe jure meritoque, quod olim Valerius Martialis de Romani Imperii Civitate Principe dixerat lib. I. Epigram. 2. ad lib. suum, pronunciare possumus

> Nescis, heu nescis Dominæ Fastidia Romæ:
> Crede mihi, nimium Martia Turba sapit
> Majores nusquam Ronchi: Juvenesque, Senesque,
> Et pueri Nasum Rhinocerotis habent.

Qualem verò plausum, quam comprobationem ea narratio merito suo apud sapientes inveniet, quæ per summum nefas adversus Sontes conficta, nec non putidissimis ubique mendaciis scatens, nullo negotio deprehensa, vel lectione sola æquis lectoribus indignationem movet, & stomachum.

X. Profecto quod ad Neritinos pertinet, tantum in se confictum scelus, ac perpetuæ posterorum memoriæ repetitis Scriptis iniquissime mandatum præ-

præcipuo quodam modo nulla non ætate cum suis auctoribus improbabunt, & horrebunt. Qnippe qui, ut hanc turpissimam sibi inferrent injuriam, non solum nullam vel remotam caussam præbuerint, sed honorificentissime semper, ore, & scriptis de Lyciensibus loquuti, pluribus nominibus, egregiis quoque factis sunt optime meriti; Neque aliter Sapientum animi hac in re comparati esse possunt, aut debent. Nam si barbaros quosque homines a Christianis sacris, & moribus alienos contumeliis, vel probris afficere iniquum est, & a Catholica Religione summopere abhorrens, germana in Christo charitate conjunctos, ejusdem Regni, & Provinciæ Incolas, Conterraneos, sui longe amantissimos, tot contractis vicissim affinitatibus conjunctissimos, bene de se multipliciter meritos, adeo turpis injuriæ notis adspergere scelestissimum jure, meritoque censebitur. Quod si duo post integra secula qui memorata utriusque Scriptoris opera arbitrariis additamentis labefactarunt, de ea Historia, tanquam de re sibi ignota, vel dubia certiores fieri voluissent, vetusta, ac solidissima non deerant Neriti monumenta, quæ Urbem ipsam vi captam a Venetis, non

vero

vero ad eosdem Callipoli manentes defecisse ; eisdemque pro viribus , ut par erat , obsistendi caussa , complura longe gravissima , & ipsi , & Civibus illata fuisse detrimenta docerent , clarum demum redderent , atque perspicuum : Neritinam Urbem, non Lyciensium virtute recuperatam , sed ex stabilitis utrinque pacis conditionibus paullo post Ferdinando Regi ab Venetorum Senatu fuisse restitutam . Non arridebat , pigebatve ipsa consulere ? Erant complures ejusdem ætatis , ac sequioris ævi Neapolitani , ac etiam conterranei Scriptores egregii , quorum gravissima authoritate , & integro testimonio tanti momenti historia , sub ementito aliorum nomine seris posteris enarranda illustraretur . Ex his pro re nata magis , magisque comprobanda , relictis domesticis Neritinorum monumentis , tanquam superfluis , paucos è multis describemus : quorum verba , dabit veniam Lector, si eadem, qua ab ipsis expressa sunt lingua proferemus .

XI. Lucius Cardanus Callipolitanus coævus author in Diariis rerum gestarum sui temporis anno MCCCC. LXXXIV. fol. 64. *A di tre Juelio fò assediato Nerito da lo Campo Venitiano , e con l'artigliaria jettara pe' terra*

una grande parte de li muri de la Cetate, e nei morera assai assai genti, tanto pe' una parte, come pell' altra: Et perchè dentro la Cetate non'ncera gran soldati, & Uomini d' arme, & li Venetiani minacciava sacco, se non s' arrendia, doppo cinque giorni capitolara, e cossì foi costretta a renderse; & doppo Nerito pilliara Cupertino, Veglia, e Liverano, e faciano scorrerie fino a Lecce.

Ne lo Mese d' Augusto se fici la pace tra Re Ferrante, Papa Sixto, lo Duca de Ferrara, e li Venetiani, & proprio a li dui fui determinata.

A di sei Settembre venne in Terra d' Otranto lo Ambasciatore de li Signori Venitiani con lo Signuri Jahan Battista Caracciuli pe' parte de Re Ferrante: Et nelli giorni appresso, che fora li nove diece, undici fora rifitituiti tutti li luochi presi da Venitiani a Re Ferrante; & ne fò pe tutto rogato da Notari pe' l' una, & l' altra parte l' Atto pubblico.

Ultrò a Venetis post confectum Ferrariæ bellum Ferdinando Regi capta Oppida fuisse redita, notatum reliquit & Jo: Albinus Lucanus Alphonsi Calabriæ Ducis summæ rei a Consiliis in *Commentario de bello intestino* pag. 63. *Icto foedere*, inquit, *cum Vene-*

Venetis apud Balneolum Oppidum in agro Cenomano, redditisque utrinque captis in bello Oppidis, locisque omnibus, Alphonsus in Regnum contendens cum Senatu Florentino, Laurentioque fidem futuræ amicitiæ sancivit. * Marcus Antonius Sabellicus ejusdem pariter temporis author, & Venetus, in lib. VII. Enneadis X. *Post Gallipolim*, inquit, *Venetus Neritum occupat in Sallentinis, & quædam alia loca parum clari nominis; & paullo post Racalesium*. Et de communi fœdere a Ferdinando Rege cum Venetis icto verba faciens, inquit ibidem. *Anno humanæ salutis millesimo quadringentesimo octogesimo tertio in pace facienda sunt hæc conditionibus adscripta, ut Venetus Gallipolim, & Oppida in Calabriæ bello capta Ferdinando restitueret, & præsidia ex circumpandanis locis educeret, & quæ Ferrariensi bello occupasset ipsi Rodigianam, Polentinam haberent Insulam, & quidquid in Brixiano agro, & Bergomensi cæpisset hostis, reciperent.*

Michael Ritius Neapolitanus Patritius, atque ejusdem pariter ætatis author in lib. IV. de Regibus Siciliæ pag. 204. *Veneti*, inquit, *Classe in sinum Tarentinum missa Gallipolim, Neritonque maritimas Urbes, aliaque*

complura intus Oppida occuparunt : In quam industria Francisci Copulæ celeriter instructa Naves misit Ferdinandus , , sed inter eos Navale prœlium committi non potuit . Etenim Ludovicus Sforzia , cum Veneti majoribus in dies viribus premerentur , a Societate belli descivit ; authorque cæteris fuit , ut idem facerent . Unde rebus utrinque compositis quas Urbes Veneti in Regno tenebant , e vestigio restituerunt .

Vetera , atque germana Exemplaria Chronici Antonelli Conigeri Lyciensis , qui Ferdinando Catholico tertio ejusdem nominis , Neapolitanorum Rege , florebat ad annum Christi M. C. C. C. C. L X X X I V. *Die sedici Majo venne l' Armata de Vinitiani in Gallipoli con vele sessanta , con persune sei milli , e Cavalli trecento : dove dandose la battaglia li Gallipolini ne ammazzara lu Capitanio Generale de la Armata ; & non obstante questo in tre jorni la presera , & facchiggiaro . Mense Julio presera Nerito , e pilliato Nerito li Stratioti pilliarono animo , & accumenzarono a fare Currerie pe' fino a Lecce . Et pilliaro Galatole , Cupertino , Vigli , Livirano , Paravita , Racle , Lista , & Fillini cu' Casarano , Supersano ,*

&

& altri lochi. A di otto Settembrio venne in Lecce M. Jo: Battista Caracciolo insieme con un Zentil Uomo Venitiano mandato dall' Illustrissima Signoria di Venezia, & dello Signore Duca di Calabria per fare rendere tutte le Terre alla Maestà del Signore Rè. Citat hunc Conigeri locum ex sincero, & incorrupto opere Vir eruditus Hieronymus Marcianus in lib. 4. cap. 14. Descriptionis Hydruntinæ Provinciæ fol. 352. ubi veteres Callipolitanæ Urbis Historias recensens, hæc habet. *Scrive Antonello Coniger, che essendo stata presa da Venitiani la Città di Gallipoli l' anno mille quattrocento ottanta tre presero ancora nella Provincia Nardò, Galatena, Paraveta, Racale, Fillino, Supersano, Casaranò, Veglia, e Liverano, il che scrive anco il Sabellico facendo solamente mentione espressa di Nardò, e di Racale.*

Franciscus Maria Vernilius ex Oppido S. Petri in Galatina Neritinæ Urbi finitimo Carolo V. æqualis ætate in *Eleganti Exhortatione ad Cives suos*, quæ apud eruditum Virum Fr. Alexandrum Thomam Arcudium Galatinum ex Ordine Prædicatorum servantur authographa fol. 2. col. 1. *Jam illud in primis dicendum occurrit, li-*

cet Ordinem illum in iis describendis minimè sectemur, quod quum Venetorum, seu Stratiotorum Classis ad hæc maria nostra quondam appulisset, Gallipolim, Neritum, insuper, & quosdam ibi Pagos, seu Vicos propinquos fortiter cæpisset, & magna Militum copia ad S. Petrum expugnandum properaret, quinimmò appropinquasset exercitus ille tum armis, tum bellicis viris instructus ad oppidi fines. Camillus Portius Neapolitanus in Opusculo de Conjuratione Baronum Regni Neapolis adversus Ferdinandum Primum Aragoneum lib. 1. pag. 10. editionis Romanæ anni 1505, de Ludovico Sforzia, qui Insubriæ præerat verba faciens: *disegnando di perpetuarsi in quel Governo in breve spatio gli spezzarono questi freni, levando a Federico la vita, & al Re, mediante l'Armata Venitiana Gallipoli, e Nardò, & altri luoghi minori di Terra d'Otranto già detti Salentini. Onde, che Ludovico parendoli esser sciolto, senza indugio l'accordo conchiuse, ponendo tra patti, che i Venitiani rendessero al Re le sue Terre, & all'incontro per le spese fatte in quella guerra si ritenessero il Polesine di Rovigo nel distretto di Ferrara ......*

Il

Il Re, che non avea il Sangue sì caldo, & essendo impoverito per le passate spese, e per la perdita di Gallipoli, e Nardò, impaurito fortemente senza porgere orecchio a' suoi discorsi (nimirum Calabriæ Ducis Filii) non si curò torsi da sì pericolosa guerra con ignominiosa pace; il che seguì con tanto dispiacere del Duca di Calavria.

Scipio Mazzella item Neapolitanus in Vitis Regum Neapolis de Ferdinando I. Aragoneo sermonem instituens fol. 358. Editionis Neapolis anni millesimi quingentesimi nonagesimi quarti *la Primavera seguente i Venitiani posero in mare un Armata di cento, e venti legni, quale prese a forza Gallipoli, Nardò, e Monopoli, ed altri luoghi minori di Terra d'Otranto già detti Salentini. Di che impaurito il Re fortemente per la perdita di detti luoghi per non ricevere maggior danno parlò di pace; che fu a dì 27. Agosto dell' anno mille quattrocento ottanta quattro con queste conditioni conchiusa; che si restituissero a Venitiani i luoghi, che l'erano stati tolti in Lombardia dal Duca di Calabria, ed essi rilasciassero Gallipoli, Nardò, e Monopoli con quanto avevano tolto al Re nel Regno.*

Prosper Christianus Tarentinus in *Expositione vaticinii Sancti Cataldi* patriæ Civitatis *Episcopi* adornata anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo tertio.

> Quæ belli moles *pulchram* devicerat Urbem.
> Nerito incubuit. Post latam mœnia cædem
> Victa cadunt. Animosa Galactena, Racla, Philinum,
> Et quæ tuta minus consistunt Oppida circum
> Par fatum subeunt, hostili turbine pressa,
> Dum Venetus Regi iratus fert bella, furensque
> Japygiam vexat.

Callipolim *pulchram Urbem* scite Christianus appellat: id enim ex græco nomine significat.

Hieronymus Martianus Literanensis, qui eodem sexto decimo Ecclesiæ seculo exeunte clarebat in lib. IV. Historiarum Hydruntinæ Provinciæ cap. XXV. pag. 537. de Neritina Urbe differens: *L' anno mille quattrocento ottanta quattro a' 16. Maggio essendo venuta l' armata Venitiana con sessanta Vascelli sei mila soldati, e ducen-*

ducento Cavalli, e presa la Città di Gallipoli, e trascorrendo il Campo in terra, prese alcune Terre, e Castella con questa Città.

Scipio Puteovinus Senior Martiano æqualis in lib. cui tit. *Notizia dell' antichissima Città di Nardò, e sua Chiesa Vescovile* §. 12. *Sotto Ferdinando I. d' Aragona patisce ancora molti danni, per la batteria, & assalto fattoli dal Campo Venitiano dopo la presa di Gallipoli.*

Aloysius Tassellus Casaranensis proxime elapsi seculi scriptor in lib. II. *de Antiquitatibus Leucæ* cap. XVI. & ultimo fol. 284. Editionis Lupiensis anni M.D.CXCIII. de detrimentis, aliisque malis occasione hujus belli a Venetis Neritinæ Urbi pro Ferdinando Regi mordicus stanti illatis. *Così parimente*, inquit, *fu travagliata Nardò nell' anno mille quattrocento ottanta tre* (lege : quattro) *nel mille cinquecento due, ne mille cinquecento venti sei, nel mille seicento quarantasette con soggiogationi, con gravezze, con invasioni con perturbationi da Venitiani, dal Re Ferrante, dal Duca di Namurs Francese, da Odet do Fois Conte di Lutreco, delle Rivolutioni del Regno.*

XII. Perspicuam hanc Nerritinæ

Urbis in Regem fidem, atque insignem observantiam, ante, & in ipso bello contra Venetos egregie patefactam, non minoribus vere devoti animi argumentis ab ejusdem Civibus post Urbem pariter a Venetis captam, confirmatam esse, ex pluribus ejusdem temporis publicis monumentis liquido constat. Quæ, sive vi illarum conditionum, quibus Urbem ipsam post dirissimam latam obsidionem ad deditionem ab hostibus compulsam scribit Cardanus; seu sponte, ipso etiam tempore, quo Urbe Veneti potiebantur, non alium verum, atque supremum Dominum quam Ferdinandum Regem Neritinos agnovisse significant. Quæ sane res, ut validiori pondere Lyciensium figmentum, quo Neritum eidem Regi rebellasse commenti sunt, funditus evertit, atque prosternit, sicque ipsius erga memoratum Principem longe præcipuam fidem singulari quodam cum amore conjunctam, testatissimam posteris facit, ac reddit. Nam maximam in Regem ipsum observantiam fuisse necesse est, quæ ne quidem Urbe ab hostibus capta, in eaque dominantibus, non dicam privatis, quod facile erat, sed publicis etiam testi-

ſtimoniis patefacta eſt. Ejus generis publica documenta complura pro re nata afferre poſſemus; ſed omnium inſtar ſit authenticum Inſtrumentum in Epiſcopali Neriti Archivo ſervatum, nec non altero, poſtquam Urbs a Venetis capta eſt, menſe confectum, in cujus initio pro re nata comprobanda ſic legimus. *In Nomine Domini Jeſu Chriſti Amen. Anno Nativitatis ejuſdem Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, Regnante Sereniſſimo, & Inclyto Domino, Domino Domino Noſtro Ferdinando Dei gratia excelſo Rege Siciliæ, Hyeruſalem, Hungariæ, Regnorum vero ſuorum anno vigeſimo ſecundo feliciter Amen. Menſe Julii die decimo nono Menſis ejuſdem in Civitate Neritoni. Nos Gabriel Gaſtus de Neritono Regius ad Contractus per totum Regnum Siciliæ ad vitam Judex, Franciſcus Guarrerio de odem Neritono publicus per totum prædictum Siciliæ Regnum Regia authoritate Notarius, & Teſtes ſubſcripti, videlicet Nicolaus de Penna, Valerius Sabatinus, Domnus Jo: Petrus Theotinus Juris Utriuſque Doctor, Benedictus de Sarmaiſno, Benedictus de Caſtello, Domnus Stephanus de Cappellana*

Domnus Antonius de Rugero , & Petrus Vernacchionus de Neritono Viri literati ad hoc specialiter vocati , atque rogati , præsenti scripto publico fatemur , notum facimus , atque testamur , &c. Sic Instrumentum cujus exemplar integrum producitur , & legitur in vetusto pariter ejusdem Episcopalis Archivi volumine , quod titulum præfert . *Registrum Literarum , Instrumentorum , Testamentorum , Ordinum , & Bullarum , Dignitatum , Canonicatuum , & Beneficiorum quorumcumque originaliter præsentatarum coram Illustre , & Reverendissimo Domino Cæsare Bovio Dei , & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Neritonensi in Visitatione Generali per ipsum facta in sua Cathedrali Ecclesia Neritonensi anno M. D. LXXVIII. pag.* 315. , 316. , *& sequentibus* . Videt itaque , Lector , ac probe cognoscit , quam egregia in Ferdinandum Regem fuerit Neritinorum fides , ac vera Animi devotio : adeò , ut ne quidem Urbe amissa Dominum suum verum agnoscere , atque pronunciare vel inter hostes destiterit . Eodemque pariter tempore animadvertet , eosdem ipsos adeò parum erga Venetos fuisse affectos , ut nec in Urbe dominantes tanquam Domi-

nos

nos agnosci, ac nominari in publicis Instrumentis passi sint.

XIII. At vero, quoniam posthabitis, quæ veritatem aperiebant solidissimis monimentis; contemptisque tot veterum, atque recentium Scriptorum testimoniis, & authoritate, nullius ponderis futuram Fabellam seris posteris pertinaciter in animo erat obtrudere; saltem sic illam ex cerebro imprudentes nugatores essent commenti, ut tam longe a veritate eruditis Viris non videretur abesse: Nam & Fabulæ ingeniosa quadam Vatum levitate confictæ veri similitudine carere minime debent, teste Horatio Flacco in Arte Poetica ad Pisones.

> Ficta (inquit) voluptatis caussa sint proxima veris,
> Nec quodcumque volet, poscat sibi Fabula credi

At inconsulto contra Neritum compingendo commento tanta fuit authorum stoliditas, tanta ignorantia, ut si Neritini ipsi, ne res crederetur, stupidissimos quosque pro arbitrio Fabularum consarcinatores deligere voluissent, ineptiores certè invenire nequissent: adeo aperte in ea narratione frau-

fraudes patent, adeò perspicue depræhenduntur doli, atque præstigiæ. Profecto, sive Personas, sive modum, seu denique tempus spectemus, quibus isthæc Neritinæ Urbis ad Venetos defectio, ejusdemque recuperatio, pœna irrogata, Lyciensibus denique ab Rege facta donatio, vel revocata narratur, ita perperam afflictæ utrique Scriptori sermocinationes sibi invicem adversantur, ita adversis frontibus pugnant, vix ut clariora mendacii indicia præferre possint. Tot vero insulsæ narrationis absurda, quo melius eruditis lectoribus pateant, utriusque corrupti Scriptoris verba, uti sunt edita, recensebimus; ac tum eorumdem inter se repugnantiam singillatim patefaciemus, tum etiam falsitatem sedula cura manifestabimus.

Apud Antonellum Conigerum in Chronico pag. 22. & sequentibus.

1484. Die 16. di Maggio venne l'Armata de Venitiani in Gallipoli con vele sessanta, con persune sei milli, e Cavalli 200. de Stratiotti, dove dandoli la battagli nu ammazzaro lo Capitanio Generale dell' Armata; & non ostante questo, in trè jorni la presero, e saccheggiaro.

Die 21. Madii la Università di Nerito mandao la chiavi al Proveditore de Venitiani in Gallipoli, & subito vennera pilliare la Possessione. Pilliato Nerito li Stratiotti pilliaro animo, & accumenzaro a fare currerie & allora se rendette Galatole, Cupertino, Veglie, Leverano, Paraveta, Racle, Liste, Sopersano, Casarano, & altri lochi, quali non scrivo per non esser prolisso.

1484. Die 6. Agusti la Maestà del Signor Ferrante mandò in Lecce lo Illustrissimo Principe Ferrante del Duca di Calabria suo Figliuolo co lo Principe di Altamura gran Contestabile, Du-

In libro 3. Parodossicæ Apologiæ sub nomine Jacobi Antonii de Ferrariis editæ quæst. XV. fol. 804. & sequentib;

Smontarono i Veneziani in Terra, doppo aver saccheggiata Gallipoli, ed avendo anche presa Racle, Castello non molto lontano, Nardò stando nove miglia lontano da Gallipoli, attimorita dalla espugnazione della sua vicina, mandò i suoi Sindachi a' vincitori, e si rese loro sponta. La qual cosa dispiacendo oltre modo alla Città di Lecce, si offerse a D. Cesare d'armarsi, e di andare dovunque egli volesse menar le genti Leccesi, e combattere fino alla morte (erat hic Cæsar Spurius Filius Ferdinandi Regis, qui tunc forte temporis, ut confabulantur Cives Lycii præsidebat) la quale offerta avendo D. Cesare accettata, la Città soldò co suoi proprii denari due mila Fanti suoi Cittadini, e dato avendo loro per Colonnello Gio. Francesco di Noha, e Frà Leonardo Prato, andò ad assaltare Nardò (stando ancora l'armata Veneziana al porto di Gallipoli) la quale avendola mol-

Duca di Melfe con altri infiniti Signuri cu squadre di Gente armate assai, e soldati infiniti per assediare Gallipoli, dove in Lecce fò receputo con grande honore supra pallio di Carmosino, e con l'armata venne lo Principe D. Federico Secondogenito di Re Ferrante.

Die 16. Augusti venne lettere in Lecce del Signor Re come è fatta la Pace de Venitiani con Sua Maestà, e col Duca di Ferrara.

Die 8. Settembre venne in Lece M. Jo. Battista Caracciolo insieme con uno Zentilhuomo Venitiano mandato dall'Illustrissima Signoria de Venetia, & dello Signor Duca di Calabria per fare rendere tutte le Terre alla Maestà del Signor Re so; riciputo in Lecce con quello honore fulli dato per lo Principe di Capua per star in compagnia Colella Coniger di Lecce, & Jaco Sarlo di Lecce Baruni: dove restituite Terre alzaro subito la Bandiera del Signor Re Ferrante.

1485. Die 21. Jennaro venne in Lecce lo Principe D. Federico de Aragonia per castegare chi avesse fallito in questa Guerra, & remunerare, chi avesse fatto bene.

Die 13. Marzii: havendo la Maestà del Signore Re Ferrante fatto fare lo

molto ben battuta, al fine l'astrinse a renderseli a patti. E passato in oltre con i Cavalli D. Cesare, coll'aver dato ordine a Lecesi, ch'el seguissero; L'armata avendo presa paura della Cavalleria, si levò via, e fatto vela se ne tornò a Corfù D. Cesare essendo entrato dentro Gallipoli....... e quindi volendo D. Cesare condurre i Leccesi in Monopoli a ricuperar quella Città, passando per Nardò le ni fece in dono, come quella, che sponte si era ribellata, e data a Venitiani, e la dichiarò Casale di Lecce, dandole in sua potestà le chiavi della predetta Terra di Nardò, spedendogli il Privilegio con dire, che la dichiarava *Castrum, sive Casale ob felloniam initam in Venetos*, in guiderdone; come quella, che con la sua sincera fedeltà verso il Re suo, e col valore dell'armi l'havea vinta, onde mise mano all'Archivio de Privileggi di quella Città, & a suoi Sugelli, e li donò al magnifico Sindaco di Lecce, detto Stefano Barone, *i quali scolpiti con l'Arme di colui di un Toro in rame l'un grande, e l'altro piccolo* con privileggio della colei concessione li portò all'Archivio della sua Patria, dove fin a quest'ora si conservano, per quello, che si potesse pretendere dagl'

lo Processo sopra la Terra, & homini di Nerito trovati quelli essere *stati principio*, *&* *causa d'ogni male*, *&* *Ribellione della Provincia*, fatti pilliare alcuni Capi, e squartati in quattro pecci, & alcuni altri condannare in esilio, alcuni altri in denari, li quali non nomino per honestà, e per non essere prolisso, per essere, che fora *numero infinito*: doppo fora condannati tutti in commune a paricchi milliare de ducati. Non perciò li fu donató un premio, per pagare presto ditta condennatione, che libera dalla soggetione del Conte d'Ugento loro Duca fatto novellamente, & perduna omni altro fallire, dove pagherà subito tale condennatione, & fero festi, & luminere de tale liberacione fatta all'hora.

Die 15. Martii la matina per tempo fora inviati cinquecento guastatori dentro Nerito, dove li fò commandato, che subito loro incieme culli Cittadini derupassene le Mura di Nerito, & facisseno, che ritornasse come a Casale: dove fò tanto il pianto, e le grida per ciascuno Cetadino, & femina; che due donne se disertaro per lo rumore, in nove giorni fu schianato tutto, che l'allegrezza passata tornav' in amaritudine.

Die

gl' Avversarj, & in memoria di quel fatto con una lettera dentro del Re pregando Lecce per quell' anno restasse contenta non darle fastidio di venire a scopare la Piazza. Et havendo la Città supplicato per la confirmatione di quella donatione, per conto, che se gli oppose il Conte d' Ugento Anghilberto del Balzo, dicendo, che per esser quella Città sua, che la *possedeva* con il titolo di Duca, che colei ribellandosi come di sopra, non havea potuto pregiudicare alle sue raggioni. *Il Rè per molti anni* favorì la Città di Lecce, *lasciandola possedere*: ma non le permise, che dalle sentenze del Capitano, che *ogn' anno la Città di Lecce* vi deputava un suo Patritio dottor di Legge, si avesse potuto a lei appellare, ma al suo Regal Consiglio Provinciale: ma tratanto fosse obligata di venire ad accompagnare con le Armi le Bandiere del Serenissimo Re due volte l' anno, cioè nel di dì S. Jacopo, e della Santissima Annunziata, *e di venire a scopar la piazza in segno di sommessione*. Et essendo poi successa la Guerra de Baroni, il Re si scusò con la sua Città di Lecce: che essendo astretto per estinguere quella guerra di restituire quella Terra al suo Padrone, non glie

Die 16. Martii lo Signore Principe D. Federico fe' chiamare tutti Baruni, Gentilomini, Cetadini nella Cetà di Lecce nel Castello di detta Cetà, e fe' parlamento, come la Maestà del Signore Re per avirse trovata la Cetà di Lecce tre volte fedelissima, la prima alla morte del Principe di Taranto, la 2. alla Guerra d'Otranto, la 3. al presente, pare a S. Maestà essere ingrato ad non remunerarla, dove per questo li dona Nerito per Casale agorato, e peragorato, e donai il Privilegio al Sindico, dove ne fora fatte feste, e Fani.

Die 18. Martii la Università di Lecce con gran triumfo andò a pilliare la possessione del Casale di Nerito concesso per la Maestà del Signor Re. Il Sindico di Lecce fe' bandi cu quattro Trombette portate da Lecce, che onne Officiale si appresentasse avante de ditto Sindico, subito, che ditto: E quelli tutti cassò; fando de nuovo Capitano, Sindico, Auditori, e Caberlinghi. E più fe' fare nello Seggio alla Piazza le arme de Lecce, & in una porta della Terra, che per l'Università de Lecce fò cercata in gratia, che non se dirupa, acciò sia una memoria perpetua, & fece pengere le arme de Lecce, cioè lo Campani-

glie la poteva confermare, nè lasciare. Alla quale risposta avendo Lecce risposto, che la Maestà Sua non la dovea togliere a *chi l'haveva con l'armi acquistata* in suo regal servigio. Il *Rè quasi scornato* disse, ch' ella haveva tutte le raggioni, però egli per istabilire la pace era obligato di toglierséla, e darla a chi non se li doveva più.

pani-

panile , & Privileggio , & pilliata la possessione . Et le Letteri del Signore Re sono allo Catasto delle Scritture dell' Huniversità de Lecce al Palazzo del Commune .

In quest'anno tutti Baruni del Regno stavano per ribellarsi contro del Signore Re , & a dì 7. Settembre se accordaro , che loro non vengano per nullo tempo a Napoli , e che faccia Prencipe di Taranto , & Conte di Lecce il Signore D. Federico suo Secondo Genito .

1485. Die 24. Jugno in Lece se fa una sollennità la Vigilia di S. Jaco , che si fà una Fera fora della Terra detro lo Darco franca , e libera da omne pagamento , e nella Chiesa de ditto Santo Jaco è Indulgenza di pena , è culpa dell'una Vespera , all'altra : dove veneno tutti Signori di Lecce a compagnare la Bandiera loro , & fare mostra armati per tutta la Terra , dove fra l'altri Casali fora commandati l'homini di Nerito insieme , & Sindico , & Officiali vengano a compagnare detta Bandiera , loro per obedire , come a Vassalli vennera : dove foro visti da tutti Uomini della Provincia , non tanto dalli Uomini di Lecce . Et più haviano commandamento Reggio venire l'Uomini di Nerito a cavare li

fossi

fossi di Lecce, ma la huniversità se honestava. Sulu questo ho voluto scrivere in memoria, & honore della Patria mia, non fando incarico a loro, che li meriti loro li condussero a questo.

Die 12. Novembro lo Signore Principe andò in Nerito, & pose lo Censetto in capo ad Anghilberto de Bautio, & scrisse all' huniversità di Lecce, el Signore Re, che non piglia ammiraccione, che li bisogna fare così, altrimenti li Baruni si ribellavano un altra volta.

Die 18. Decembre lo Signore Principe D. Federico si partette da Lecce, & andò in Napoli chiamato dal Signore Re, & mandato in Salerno cullo Secretario, e M. Jo: Pontano Commessario per reconsigliare li Baruni: dove lo ditto Principe, e Consiglieri Regii foro pilliati presuni dal Principe di Salerno, &c.

XIV. Audistim, lector æquissime, quam belle sagaces confabulatores adversus Neritum inter ipsos, conveniant? Vidistim quam egregiè sibi respondeant, quam ad amussim? quam exactè? Primus Fabellæ consarcinator prodit, Neritinam Urbem post stabilitæ pacis conditiones ultro restitutam a Venetis, alter a Lyciensibus recupe-

ratam fuisse. Narrat Coniger Capuæ Principem, atque Nepotem, Federicum Filium aliosque Regni magnates una cum infinitis militibus contra Venetos in Japygiam ab Rege missos: antequam prælium committeretur pacem cum hoste stabilitam fuisse, & capta oppida sponte reddita; alter bis mille pedites a Lyciensibus propriis impensis collectos, ab iisque commissa pugna, & nonnullis pactis Neritum ad deditionem compulsam. Præterea falsus Coniger prodit ultro Venetos ab Regno cessisse: corruptus vero Jacobus Antonius de Ferrariis a Lyciensibus Equitibus, nescio quo modo statim exortis, qui magnum illis vel solo adspectu terrorem incusserant, expulsos esse. Eorum primus sic agit de Federico, ac Ferdinando regiorum armorum in Sallentinis Præfectis, ut nec verbum quidem loquatur de Cæsare Notho. Alter vero ita unice agit de Cæsare susceptæ pro Rege adversus Venetos expeditionis Duce in eadem Provincia, ut Federicum aliosque ne quidem nominet. Neque id mirum: nam quidquid hac de re alterutri ex his viris Principibus a corruptissimis istis Scriptoribus tribuitur æque fictum, ac commentitium est. Sed neque hic desinunt Fabulatorum portenta.

ta. Prior enim Nerito Civitatis dignitatem, atque honorem abstulisse comminiscitur Federicum germanum Regis Filium, alter Cæsarem Nothum, ac Spurium: tempore, ac modo, ut lector quisque cognoscit, longe ab eo diverso, quo alteri id factum significat. Commentitius Coniger martio mense, anno a Virginis partu millesimo quadringentesimo octogesimo quinto ab Federico Principe in Arce Lyciensi, Ferdinandi Regis nomine, ob servatam illi tribus proxime præteritis bellis fidem Neritinam Urbem Civitatis honore privatam Lyciensibus dono datam memorat. Falsus Ferrarius non Martio mense anni millesimi quadringentesimi octogesimi quinti, sed Augusto anni proxime præteriti, quando Veneti a Sallentinis jam excesserant; nec a Federico Principe ex Regis jussu in Arce Lyciensi, sed a Cæsare Notho, suopte arbitrio dum Callipoli per Neritum Monopolim recuperaturus proficisceretur. Neque ob ostensam tribus Superioribus bellis fidem, quod omnia prorsus Japygiæ Urbes, & Oppida fecerant, sed quia, ut ipse italice loquitur. *Con la sua sincera Fedeltà verso il suo Re, e col valore dell'armi l'havea vinta.* Narrat Coniger Raclæum

Oppidum post Neriti defectionem ultro Venetis deditum, Ferrarius prodit ab hoste captum antequam Neritum in illius potestatem concederet. Ille Anghilbertum de Baucio, cui jam antea Neritum vendiderat, quo tempore hæc gesta sunt, nondum Urbis possessionem adivisse scribit, hic jam possedisse. Primus vix octo Menses Nerito Lycienses potitos fuisse fingit; posterior multos annos. Hic ab Rege ipso Neritinam Urbem Anghilberto de Baucio restitutam commemorat, ille a Federico Principe Filio inscio antea Rege. Hic denique factum id prodit ante intestinum bellum a Baronibus contra Ferdinandum Regem excitatum, ille postea. Ut nihil addam, multa apud Conigerum fingi, ut sunt omnia prorsus mænia Urbis solo æquata, Neritinos homines vilissimis addictos Lyciensium ministeriis: relictam Neriti Portam, quæ feris posteris tantæ rei memoria esset, & monumentum. Ad capessendam Neritini Castri possessionem solemni pompa a patria Urbe Lycienses esse profectos, ipsosque priores in misero Oppido Magistratus mutasse; mox novos pro arbitrio constituisse. Quæ (si vera essent) etsi longe præcipua notatione dignissima, nec verbo quidem indi-

indicantur ab altero. Contra vero apud Ferrarium nobis optime notus Fabulator comminiscitur Lyciensibus una cum Neritinæ Civitatis Sigillis omnia pariter ejusdem Privilegia in proprio olim Archivo servata, data esse, eaque Lupias in Magistratus Palatium translata: Neriti stemma in tantæ rei memoriam nescio cui Baroni Urbis patriæ Sindico communicatum esse, & alia ejusdem generis futilissimas ineptias, quæ utpote recentiori fabricata incude a falso Conigero alto premuntur silentio.

Tot absurdis non dest oscitantia, nec oscitantiæ exagerata commenta. Irrogatas in Neritinos pœnas memorans Coniger punitos se reticere ait: *per essere, che fora numero infinito*. Satis non fuit egregio historico Neritum defecisse fingere; ut perduelles Cives supra fidem numerosos proderet, *infinitos* dixit. At vero si infiniti fuerant Neritini stantes a Venetis, quomodo a *duobus millibus* Lyciensium tumultuario, & ex populari colluvione collectorum intra Urbem, ubi non arce tantum, & mœnibus, verum etiam Venetorum præsidio muniti erant, tam facile victi fuerunt? Præterea, ut constitutam pecuniariam pœnam Neritini quam citissime per-

solverent, scribit ab Rege die XIII. Martii prœmium fuisse propositum: *che libera dalla Soggettione del Conte d' Ugento loro Duca fatto novellamente; ei perdona omni altro fallire, & sero festi, e lumiere de tali liberacione fatta all'r. hora*. Et tamen sui immemor, statim subdit die XV. quingentos Vastatores Neritum missos ad æquandum solo mœnia: *dove*, inquit, *fò tanto il pianto, e le grida per ciascuno Cettadino, & fœmina, che due donne se differtaro per lo rumore*. Sextadecima die ejusdem Mensis a Federico Principe regis nomine Urbem ipsam Lyciensibus concessam pro *Casali Angario, & Perangario* memorat. Nemo tamen sapiens credet res tantas, tam varias, tam adversas, regiæque fidei, honori, & æquitati repugnantes adeò brevi tempore factas. Narrat tamen Scriptor fallacissimus, qui passim pro libidine, & arbitrio

Destruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Ejusdem generis est aliud insulsum assertum, quo proditur, inter tot iræ, & indignationis gravissima exempla datas pro Neritinis ab rege literas; *pregando Lecce per quell' anno restasse contenta, non darle fastidio di veni-*

venire a scopare la Piazza. Vere ridiculum Caput, quod tales excogitavit ineptias?

XV. Ad patefaciendam falsitatem Fabellæ adversus Neritum confictæ, hæc tantum, quæ hactenus brevi calamo notavimus satis superque censeri possent. Nam quemadmodum sapientissimorum virorum judicio, insigne veritatis argumentum illæ narrationes præseferunt, quæ constanti Scriptorum consensu posterorum memoriæ commendantur; sic aliæ contra, quæ non uno modo, nec una sententia ab iisdem produntur perspicuum Falsitatis indicium ingerunt. Qua de re præclara disserunt Josephus in lib. I. adversus Appionem; & Melchior Canus in lib. XI. de locis Theologicis cap. 4. Nimirum una est Veritas, eademque constantissima, quæ, ut tota sincera est, ut integra, ut oppido absoluta, atque perfecta, sic nullam sui partem adversis Scriptorum commentis labefactatam habet, nullam corruptam. Quamvis autem negare non possumus falsitatem aliquando ita fucatam incedere, ut rebus ipsis veris, Aristotele teste, probabilior videatur, ea nihilominus est vis veritatis, ea mendacii deformitas, ut quandoque non semper, paucos tantum, non

universos latere possit, ac fugere. Qui autem contra veritatem, & apertissima tot historicorum testimonia, & authoritatem longe gravissimam hanc de qua agimus, adversus Neritinos finxere fabellam ita insulsis opervere fallaciis, adeò inepte novis superstructis mendaciis reserserunt, ut non unus, sed omnino multi certatim videantur contendisse, ne quid usquam in eo genere reperiretur absurdi, quod in medium non afferrent. Neque id mirum; viderunt enim figmentum suapte natura nutans, atque labascens longe facillimum futurum, ut eadem prorsus facilitate, qua excogitatum fuerat, exploderetur. Quamobrem, ut, vel quoquo modo, ipsum communirent, aliis pro libidine excogitatis commentis fulcire conati sunt; sed pro rerum futilitate, atque mendacio minime fieri potuit, quin eadem ipsa ejus omnino generis essent, quæ male tutum ædificium facilius everterent. Sed quæso potiora figmenti capita excutiamus.

XVI. Scribunt in primis fabulatores apud Ferrarium, Lycienses propriis impensis anno Christi millesimo quadringentesimo octogesimo quarto exercitum bis mille militum ex Civibus con-

conscripsisse, nulla mora adversus Venetos ducendum, ut occupata ab ipsis Oppida in Sallentinis recuperarent. Qui hæc audit, profectò, si sanum sapiat, Lycianam Urbem maximam, potentissimam, ac supra quam cuique credibile est, civibus tunc refertam coniiciet, quæque cum ipsa totius Regni Principe Neapoli, nedum Italia, sed & Europa tota longe, lateque celeberrima, jure, meritoque comparari possit. Et tamen Aragoneis dominantibus Regibus, ut liquet ex vetustis Neapolitanum Regnum incolentium Personarum censibus, nunquam quinque millibus, ut vocant, focis habita est, pluribusque Japygiæ Civitatibus non uno nomine inferiorem fuisse constat. Elapso autem proxime sæculo antequam Regnum ipsum oppido florens a teterrima illa lue, qua pene desolatum est, infestaretur, non amplius, quam sex millibus & centum circiter focis Lyciensem Urbem fuisse refertam, ex descriptionibus Regni Neapolitani a Scipione Mazzella anno M. D. C. I. pagina 191. Octavio Beltrano anno. M. D. C. X X X X. pag. 276. publicis typis vulgatis, aliisque didicimus. Neque aliter de Lycii frequentia, & amplitudine sub Aragoneis ipsimet ve-

teres Lycienses Scriptores cogitare nos sinunt. Jacobus Antonius de Ferrariis Lyciensis Patricius, non commentitius ille interpolatus, ac nuper excusus, sed sincerus, atque germanus; qui Neapoli, in Japygia, & alibi per eruditorum virorum manus circumfertur typis publicis nondum editus, in lib. 3. Operis inscripti. *Dell' Antichità del Paese di Lecce lib. 3. Catarina*, inquit, *figlia del Re di Bossina Stefano, essendoli morto il Marito a 25. di Marzo M.C.C.C.XI. & avendo fatto un Postumo l' impose il nome del Padre, e detto Gualtieri di Brenna terzo Conte di Lecce, e di Brenna secondo Duca d' Atene. Il quale essendosi allevato in Lecce, e tra li suoi Baroni Leccesi, venne nel crescere ad essere tanto amico de Leccesi, quanto loro era stato inimico l' Avo suo Conte Ugo; onde fatto un gentilissimo, e bellissimo Cavaliere, e molto accetto al Re Roberto, che alla Corona di ambedue le Sicilie era successo, instigato dall' Abbate Antonio Ferrari Leccese suo Consigliere, ottenne dal Re la licenza di potere rifare le mura della Città, e di ricuperare il nome di Città: Conciosiache il Re Carlo in più sue Scritture la nomina Terra Lycii, & il Conte Ugo in un Instrumento, che fece al Mona-*

stero

stero de Santi Nicola, *e Cataldo di Donatione dell' Acquatica*, *usò queste formate parole*, *habentes inter alia in Terra nostra Lytii quoddam flumen dictum Aquatica*. Sic Ferrarius.

XVII. Ex parvi nominis in Sallentinis Oppido post quam Urbis dignitatem, atque splendorem Gualterii Comitis, atque Roberti Regis beneficio recepit, non contemnendo Civium numero aucta est, quem tamen *nusquam per eadem tempora quindecim millia excessisse* legimus. Ab obitu vero Jo: Antonii Tarentinorum Principis, qui anno ejus, de quo agimus, sæculi tertio supra sexagesimum accidit, paullatim labere cœpit, atque decrescere: Anno autem millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, quod longe infestissima pestis Urbem ipsam esset aggressa, bienii spatio, quo illa sæviit, tot homines interfecit, ut vix pauci relicti essent, qui deinceps desertas domos incolerent. Cujus quidem rei præter alios, luculentum testem habemus Antonellum Conigerum Lyciensem Patricium, atque coœvum in Chronico, quod sexdecim ab hinc annis Opera, & studio Lyciensium publicis typis vulgatum est pag. 15. At nescio, quo fato, ut ita loquar, factum est, ut in

enarrandis, quæ ad Urbem patriam spectant historiis, ita Lyciensium Scriptorum mentes sint comparatæ, ut ab emunctæ naris Viris haud ita facile legi, citarive ipsorum opera possint, quin ipsa expendentes, Authorum inscitiam, oscitantiam, & in augendis Patriæ rebus depræhensam passim confidentiam non maxime improbent, sannis prosequantur, & rideant. Quasi verò conficta turpibus mendaciis amplitudo, verus apud sapientes honor sit, non dedecus; dignitatem pariat, non dehonestamentum: Lycienses tamen cum Lyciensibus studiose, libenterque a nobis sunt committendi, ut novo quodam, ac specioso certandi genere non ab aliis, quam ab ipsismet hostibus Neritina Urbs sibi præsidium adsciscat. Neque tam Lycienses pro Urbe patria contra Neritinos, quam Lycienses ipsos pro Neritinis adversus Lyciensium commenta certare videantur.

XVIII. Conigeri pag. 15. hæc verba sunt: *Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto in Lecce fo una gran peste, dove moriano da sessanta sei Persune lo dì: durò anni dui, furonci morti quattordeci millia*. Pape! Sexaginta sex hominum capita die quolibet morti tradita, duos post an-

nos,

nos, quatuordecim tantum millia sunt depræhensa? Hoc quidem adeò turpe in numerandi arte monstrum est, ut vix arithmetici norint deformius; sexagesimus siquidem numerus ad rationem dierum duorum annorum multiplicatus, quadraginta tria millia *nongentum*, & viginti, ni fallor, summam efficiet. At verum putemus Conigerum hoc in loco minime errasse: recentiorum Lyciensium Trasonismi habeantur Historiæ: Quindecim millia hominum, etiam eo tempore Lupiensem Urbem fingamus numerasse: vix mille miserando excidio superfuissc dicendum est. Neque mihi quisquam obiiciat, quod olim Lyciensis quidam Vir gravis, ac inter suos non ineptus, hoc validissimo pressus argumento respondit. Hoc scilicet in loco Conigeri Chronicon editoris, vel impressoris fortassis inscitia fuisse corruptum: Tantam hominum multitudinem in tota Japygia cecidisse: in una vero Lupiarum Urbe pauca tantum hominum millia vita cessisse. Id enim si ita esset, exutam omnino habitantibus Urbem, dicendum fuisset. Quod & fictæ in posterum Lycii frequentiæ, & rebus ipsis, de quibus nunc agimus, supra modum videretur incommodum. Nam

ut

ut arbitraria quidem , & callida , ita non sine risu ea esset excipienda tergiversatio . Quid enim , amabo , id esset , nisi Lyciensibus pro patriæ Urbis augendo decore contra fas , omnia pro libitu comminisci , ac in authoribus mutare licere , cæteris verò Lyciensium calumniis ; figmentis , atque mendaciis oppressis , ut æquo marte , se , suaque tueantur , nec adversantium quidem publicato testimonio uti permittere : quum cæteroquin omnia jura non vexantibus , sed vexatis , & injuriam patientibus constantissime faveant , nihilque ipsis vetitum velint , quod ad justum præsidium possit adsciscì . At vero quemcumque alium in Conigero locum præter hunc , de quo nunc agimus , Impressoris , vel Editoris vitio corruptum esse æquo animo patiemur effingi . Ad id probandum post laudatum paulo ante M. S. Codicem , non alios , quam Lycienses ipsos , vel Lyciensibus addictissimos assumemus authores , qui luctuosam hanc historiam referentes , eadem quæ Coniger scripsit , de mortuorum Lyciensium numero , ipsiusmet Conigeriani Chronici locique fulti testimonio prodidere . Antonius Beatillus in Vita S. Irenis Lyciensium Patronæ lib. 2. cap. 7. fol. 315. editionis Neapolis.

polis curatæ anno 1609. *Nel secolo decimo quinto*, inquit, *dalla venuta del Salvatore ..... fu per tutta l' Italia*, *ed in particolare nelle parti di Terra d' Otranto più volte il morbo commune, o peste, che chiamano in tanto che solamente in Lecce in una volta morirono di tal male per lo spatio di due anni quattordeci mila Persone, ed in un altra nel corso d' un anno solo quindeci mila, come si legge apertamente nella Chronica M. S. del Coniger*. A Beatillo, ne latum quidem unguem discedit Julius Cæsar Infantinus author Lyciensis; qui in Opere Italica lingua conscripto, cui titulum fecit. *Lecce Sacra*, sub capite. *Della Chiesa di S. Maria della Luce* fol. 57. editionis itidem Lycii rem ipsam his verbis commemorat. *E' da sapersi, che nell' anno di nostra salute M.C.C.C.C.LXVI. come notò Antonello Coniger Gentil' huomo Leccese nella sua Chronica fu in queste parti una si gran peste, che nel termine di due anni morirono dentro della Città di Lecce XIV. mila Persone; Onde Re Ferdinando I. di questo Nome XIX. Re di Napoli, vedendo così desolata, e destrutta per così gran peste la Città di Lecce, spedì amplissimi privileggj nel M.CCCCLXVII. in favore di tutti coloro, che fossero venuto*,

nuto di nuovo ad abitare nella Città di Lecce, e de Cittadini medesimi, che volessero riceverli per le ragioni assignate nel medemo Privilegio e particolarmente in quelle parole. Ne igitur tam clara Civitas sola, & sine viris hac potissimum tempestate remaneat.

XIX. Et si vero opportuna hac in parte fuerit Ferdinandi cura, eum tamen pro votis successum sortiri non potuit, quo Sapientissimi Principis animum ad hujusmodi promulganda Privilegia primum impulerat. Aliis siquidem; atque aliis tristiori semper casu, succedentibus caussis Lyciensis Urbis infortunium una cum tempore crevit, non imminutum est. Anno siquidem ab ortu Salvatoris octogesimo primo, & secundo supra millesimum Turcico apud Hydruntinos sæviente bello, quam misere totius Provinciæ publica, atque privata res afflictata est; tantoque immanis hostis terrore perculsi sunt Incolæ, ut patriis relictis laribus, alio fugerint. Neque uni, aut alteri sed omnibus omnino Japygiæ populis is timor, eaque cura propriæ consulendæ sospitati, ac libertati insedit. Adeo ut Antonius Galateus, qui eadem vivebat ætate in lib. de *Situ Japygiæ* pag. 3. scriptum reliquerit. *Hjusce-*

modi

modi Turcarum bello Provinciam totam in fugam versam esse. Et Jo: Albinus alter coævus author in lib. de Bello Hydruntino pag. 43. *Non modo*, inquit, *ex Regno*, *sed ex tota Italia complures excedere in animo volutabant: fuerunt qui in Bæticam transmiserint pecunias*, *ut essent ad iter expeditiores*, *si sors tulisset*. *Nemo arma capere*, *nemo furentis hostis impetum propellere audebat*, *sed quisque desperatis rebus*, *mulierum more tendens victas manus*, *nihil aliud*, *quam incolumitatem sibi deposcebat*. Turcico exacto bello, post Hydruntem ab Aragoneis receptam, rursus peste Civitas Lyciensis infecta, acerbiore casu Civium suorum, qui fugæ superfuerant, funera luxit. De qua funestissima lue juxta vetera, atque coæva ejusdem Urbis monumenta agit vir eruditus Antonius Beatillus in vita S. Irenis lib. 2. cap. 7. pag. 319. Ad idem vero caput notationem adornans pag. 325. pro re nata comprobanda sequentem recitat Inscriptionem, quæ ætate sua in publici Palatii prospectu, legebatur insculpta, *Joanni Tufo*, *quod rem Lupiensem prope perditam Turcico bello*, *& Peste vigente administraverit*; *quodque in tot humanarum rerum Casibus Prætorem*

torem bonum egerit Insign.... Donat.... Magistratus in quartum annum prorogatus, & hæ...... constructa Anno a Christo nato M.CCCCLXXXIII. P.Nicolai Scancii Opus.

XX. Miserrimam hanc Lycii conditionem regnante Ferdinando Primo Aragoneo, ejusdemque ignobilitatem, ac in dies singulos ruinam auctam perspicue pariter aperit Salentinus Author longe gravissimus, *qui tandiu* (verba sunt ejusdem authoris in descriptione Callipolis *ad Sannazarium* pag. 133. editionis Basilææ) *in eadem Urbe moratus est*, Antonius Galateus, eidem Ferdinando Regi, atque Conigero æqualis ætate; Is in aureo illo Opusculo *de Situ Japygiæ* pag. 84, & sequen. de Lyciis agens, hæc habet. *Varia Urbis, de qua loquimur, fuit fortuna. Antiqua Urbs tota concidit, ac per plurimos annos deserta jacuit, ac vicatim habitavit. Inde Guidonis tempore talis erat, qualem dicemus, deinde solo æquatam iterum fuisse, & fama, & conjectura est; quo tempore, aut quibus hostibus ignoratur. Deinde coalescere cœpit non parvo incremento, usque ad mortem Joannis Antonii, Principis Tarentini, quo vita functo cœpit in pejus ruere, ac retro sublapsa referri. Nescio quanam*

id

id evenit caussa, nisi quæ rerum humanarum publica est, qua innumerabiles quoque Urbes interiere. Ea tempus est, aut Pestes, aut Illuviones, aut pusilla animalia, quibus pleræque Urbes deletæ sunt. Sed potissima caussa bella sunt, quæ, ut ait Aristoteles; parvo temporis articulo rerum faciem permutant. Eversa, ut dixi, Urbs, ut videre licet, in vicos abiit. Ut videre licet, inquit auctor, qui hæc scribebat sub annum Christi millesimum quingentesimum decimum. Deserta igitur Urbs Lycium erat Ferdinandi tempore, eversa, miserabilis, ac ut vulgo dici solet, *Deforme Casale*, solis mœnibus, Urbis nomine, & arce spectabilis, *Vicatim*, villarum more *habitata*, lacrymis potius digna, quam admiranda, vel timenda. Tantum abest, non dicam a vero, verum etiam a verisimili, ut validum exercitum duorum millium peditum, aliasque Equitum turmas ex solis suis Civibus contra Venetorum potentiam, Regibus ipsis pertimescendam, statim ac Neritum Urbem ab illis captam audiverunt, propriis impensis conscripserint, soli Japygiam recuperarint, soli denique hostes a Neapolitano Regno pepulerint. Neque aliud nobis, & Sapientibus Lycienses persuadebunt,

bunt, & appingent, nisi quidquid conabuntur efferre æque validis coævorum Scriptorum testimoniis, ac inconcussis veteris Historiæ momentis comprobaverint.

XXI. Sed ut magis, magisque pateat, quam unice nos veritatis ducamur amore, & quam liberali erga Lycienses simus animo affecti: Fingamus ipsorum Urbem eo, de quo nunc agimus, tempore, tanta divitiarum, ac hominum copia, tanta juventute, gerendique belli peritia floruisse, quanta unquam præteritis sæculis viguisse Neapolim Historiæ produnt. Quid inde? Eritne ob id facile creditu, adeo florentem peditum, equitumque exercitum, quocumque Rex, ejusque vellent Administri contra hostes ducendum propriis impensis, atque ex solis Civibus, tam cito, tam prompte, tam feliciter Lycienses conscripsisse? Neniæ. Consulat quæso diligens Lector Virum eruditissimum Camillum Tutinum in egregio Opere Itala lingua conscripto, cui titulus est. *Dell' Origine, e Fondazione delli Seggi di Napoli*, cap. 18. fol. 235. & seq. ubi cura longe præcipua Neapolitani Populi in Reges præclara merita recensens, nec non milites propriis impensis pro iisdem variis tempori-

poribus conscriptos, posterorum memoriæ commendans, vix *septingentos pedites* ad summum a tantæ Urbis Populo, tam amplo, tam divite, tam nobili tributos esse comperiet. Et tamen idem ipse militum numerus, etsi minime prodant, an ex una fuerit Urbe collectus, tanquam insignis, ac nedum annalibus Patriis, verum etiam perpetua memoria longe dignissimus summopere a Neapolitanis historiis commendatur, celebratur, extollitur. Quum nihilominus, neque septingenti pedites cum bis millibus, aliisque equitum turmis: neque Lycium cum Neapolitana Urbe totius Regni Principe, tam audaces, tam stolidi, tam inepti sumus, ut jure aliquo comparemus, aut nomine. Frustra igitur Lycienses monstra nobis hac item in parte, fingere volunt, atque portenta.

XXII. Pari modo historica fide laborant, quæ de donata Neritina Urbe a Ferdinando Rege suis Civibus produnt. Qui enim amabo credi potest, ut etiamsi Neritini vere ad Venetos defecisse fingantur, Rex ipse Anghilberto Baucio Uxentinorum Comiti, atque Nepoti nulla sua culpa Urbem adimeret, ac Lyciensibus traderet? Sed quid dico adimere? Imo pau-

cos

tos ante menses *Magni* ab eo emptam non dare. Vendidisse vero Neritinam Urbem laudatum Regem Anghilberto anno Christi quadringentesimo octogesimo tertio supra millesimum, ex vetustis Regiorum Archiviorum Neapolitanæ Urbis monumentis notavit præter cæteros vir eruditissimus Ferdinandus della Marra, è Guardiæ Ducibus in Opere, quod titulum præfert. *Discorsi delle Famiglie estinte Forestiere, o non comprese ne' Seggi di Napoli, imparentate colla Casa della Marra*. Agens de Gente Baucia folio 82. §. *Ma Anghilberto*. Porro autem quo tempore Veneti Japygiam sunt aggressi, nondum Urbem ipsam Neritum eidem Anghilberto a Ferdinando Rege traditam fuisse nec ipse quidem nugator Lyciensis, qui Conigeri Chronicon nuper corrupit dissimulat pag. 29. Longe vero minus credibilis Neriti Lupiensibus donatio facta redditur, si cum falso Ferrario fingatur eamdem ipsam, a Cæsare quodam, quem Regis Nothum fuisse ferunt, ipsomet Rege inscio, ex abrupto, ut dici solet, atque omnino repente factam esse. *D. Cesare*, inquit fabulator, *essendo entrato dentro a Gallipoli .... E quindi volendo D. Cæsare condurre i Leccesi in Monopoli a ricuperare quella Città, passan-*

sando per Nardò, le ne fece dono, come quella, che sponte si era ribellata, e data a Venitiani, e la dichiarò Casale di Lecce dandole in sua potestà le chiavi della predetta terra di Nardò. Qui hæc legit non amplius ridebit lepidissimos *Pulcinellæ* in Scena trasonismos, qui terrarum Orbem invisens, nunc huic, nunc illi, quas non habebat donabat Urbes, & titulos; modo quæ arridebant, Civitatis Juribus ornabat Oppida, modo autem invisas Urbes omnibus prorsus honoribus, ac dignitatibus orbatas redigebat in Oppida. Oh ridiculum caput, qui hæc finxit! stultissimum verò, si id agens alios perinde stolidos, atque insulsos se facile inventurum credidit, qui adeo putida, atque inepta commenta, tanquam veras historias habeant, & osculentur.

XXIII. Saltem latinum illud Diploma de Neritina Urbe Lupiensibus donata a Spurio Cæsare vel nunquam finxisset, vel ficti partem Lycienses ipsi non produxissent. Futurum enim certo fuisset, ut explosæ a Sapientibus fabellæ minoribus scateret ineptiis affi-cta narratio; seipsos autem pronunciantes *Regis hostes*, tanquam Latini Sermonis ignaros eruditis Viris irridendos non præbuissent, *la dichiarò*, in-

inquiunt, *Casale diruto, dandole in sua potestà le chiavi della predetta Terra di Nardò; spedendogli il Privilegio con dire, che la dichiarava Castrum, sive Casale ob felloniam initam in Venetos*. An non ex ipsius Diplomatis adversus Neritum confidti, verbis, atque sententia Lupienses ultro fatentur, atque pronunciant ideo Neritinos subjectos a Cæsare sibi fuisse, quia Venetorum hostes fuere? Idem enim est *Latine*, *barbare* dicere: *Committere, seu patrare felloniam in Venetos, ac adversus Venetos conspirare, & Venetis hostes esse?* Atqui Veneti, Lyciensibus testibus, Ferdinando Regi hostes fuere; ergo ex ipsomet Cæsaris Diplomate liquido constat Neritinos amicos Regis fuisse, non Venetorum. Itaque, si Lycienses Neritinorum Civium adversarii fuere, fuere, & Regis, pro quo mordicus, ut productum Diploma prodit, contra Venetos stabat Neritina Civitas. Si plectendi igitur jure non fuerant, qui contra Venetos pro Rege stantes conspirarunt, meritis, atque acerbissimis pœnarum exemplis in Cæsarem, ac Lycienses animadvertendum erat, non in Neritinos; quorum tanta, ac tam insignis fuit in Regis hostes vis, ut ab ipsis suis adversariis unice *in Ve-*

Venetos gloriosissimam *felloniam* iniise dicantur. Quid ergo adversus fidissimos Regi Neritinos Lycienses blaterant? Qui non alio, quam suo semet gladio jugulant, semet mendaces detegunt; imprudentesque iisdem, quibus alios notant, probris afficiunt?

XXIV. At, inquit larvatus Coniger, inventos Neritinos homines, *essere stati principio, e causa d' ogni male, & Rebellione della Provincia*. Argumenta quæso, non verba: Probationibus in re tanta non figmentis; quæ eadem prorsus facilitate, qua effutiuntur, exsibilantur. Si adversus quoscumque calumniatores homines, & præsertim Scriptores vetus illa rigidissima Talionis pœna vigeret, tam indigne pauci admodum otio, & literis abuterentur. Cujus generis fuerint hæc *omnia mala*, quorum caussam unice Neritinos fuisse jactatur, ne ille quidem, qui tot ineptiis Conigerum *fœdavit* atque mendaciis, inveniet, numerabit; ac veluti exerto digito singillatim eruditis viris ostendet. Provinciam Veneti belli tempore ab Ferdinando Rege defecisse, adeò falsum est, ut magnopere mirer inveniri potuisse, qui in tanta historiarum luce adeo splendide mentiri voluerit. Octavius Beltranus pag. 174.

Henricus Baccus pag. 131. aliique in descriptionibus Regni Neapolis centum septuaginta Oppida, Urbesque quatuordecim in Hydruntina Provincia constitutas recenset. In hac præter Neritum, & Callipolim aliæ Civitates a Venetis captæ sunt nullæ. Ex minoris vero nominis Oppidis ab iis vix *decem* circiter fuisse subacta, Scriptores commemorant. Quæ omnia etiamsi contra apertam historiæ fidem fingamus ex cerebro, a Neritinis Civibus una cum Callipolitana Urbe tradita Venetis, adhuc sane non video, quomodo verum sit. *Hydruntinam Provinciam. Neritinæ Urbis scelere ad Venetos defecisse; multo minus, omnis mali PRINCIPIUM, ET CAUSAM Neritum fuisse*, adeo sunt etiam a veri specie aliena Lyciensium commenta.

XXV. Sed audiamus amabo quam pulcherrimæ enarrationes, apud Ferrarium mox sequantur. *Mise le mani* (*D. Cesare*) *all' Archivio de' Privilegj di quella Città, & a suoi Suggelli, e li donò al Magnifico Sindaco di Lecce detto Stefano Barone, li quali scolpiti con l' arme di colui di un Toro in Rame l' un grande, e l' altro piccolo con Privilegio della colei concessione, dove fin a quest' ora si conservano.*

Fal-

Fallacia alia aliam tradit. Unde dicere Lycienses; omnia concessa jam pridem Neritinis, ab Regibus aliisque Principibus Privilegia ex publico Urbis Archivo a Cæsare capta Lyciensibus donata, ac Lycium translata fuisse? Non aliunde profecto, quam ex iis, quæ sibimet ex cerebro finxere somniis. Sigilla Neritinæ Urbis tam falsum est in publico Archivo ullo unquam tempore fuisse servata, quam certum semper penes Syndicos permansisse. Habent Neritini usque ad hanc diem in pluribus vetustis expressam Scripturis, quæ in Episcopali Neriti Archivo, alibique servantur imaginem Sigilli, quo anno ab ortu Salvatoris quadringentesimo octogesimo quarto supra millesimum Neritina Civitas utebatur. Ostendant Lycienses typos illos, quos se in patrio Archivo servare jactant fiet præcipua cura comparatio: clarioribus argumentis detegentur tot falsa commenta. At videamus an *idem omnino* sit Stemma Familiæ illius nescio *cujus Stephani Baronis Lyciensis*, ac Neritinæ Urbis. Si ita res vere se habet, nihil est hac in parte, quo glorientur. Quis enim adeo mente stupidus, quis ita hebes ingenio est, qui non sibi facile persuadeat casu quodam, non ratione ali-

 qua,

qua , sæpe numero , ut Familiarum inter se , sic & Urbium stemmata gentiliciis Insignibus inveniri simillima ? Si non ? Turpioris fallaciæ rei depræhendentur . Qua quidem longe putidissima Lyciensem & hic laborare Scriptorem , complura persuadere videntur prisca monumenta . Nam illustris ille Gabriel Baro Lyciensis , qui Federicum Aragoneum ab Regno pulsum sequutus in Gallias , post ipsius obitum a Francisco Gallorum Rege anno Christi sesquimillesimo undevigesimo adversus Caroli V. bellicos conatus Hydruntinæ , atque Barensi Provinciæ præfectus est , ob idque a Paullo Jovio , Francisco Guicciardino Hieronymo Marciano , Julio Cæsare Infantino aliisque Historicis non perfuntorie laudatus , in iis , quas in Sallentinis variis ex caussis dederat , literis , Gentilitium stemma , non æneo Tauro , sed reptanti Leone lumborum tenus a dimidiata rubra parmula superius exeunte , nec non tribus aureis Rosis ornatum in inferiori parte præferebat ; Id non ita pridem opportune nobis Taviani videre licuit inter veteres Cartas nobilissimi , & eruditissimi ejusdem oppidi Marchionis Jacobi de Franchis , longiori ævo virtutum merito longe di-

dignissimi. Idem prorsus Insigne *Baronæ Familiæ* attribuit Blasius Adimarus *in Tabula Stemmatum* Nobilium Familiarum Caraphæ genti Consanguinitate junctarum, quam æneis typis scalptam exhibet in 2. par. lib. 3. cap. 21. fol. 355. *Historiarum Caraphæ Gentis*, num. CX. ubi *de Barona Familia Lyciensi*, & *ipse pertractat*.

XXVI. At fingamus Neritinæ Urbis, ac Baronorum Stemmata ita inter se penitus convenisse, ut non ovo ovum, nec lac lacti similius esset. Quid inde! Quæcumque nunc sigilla indicabunt posteris Lycienses, eadem prorsus facilitate qua Nerito affigunt nos Baronæ Genti, quæ olim Lyciis viguit negabimus. Neque id injuria: nam eadem ipsa, quæ ex Neritino quondam Archivo a Lupiensibus accepta narrantur in Stephani Baronis Stemmate fuerunt inscalpta, quod æneum præferebat Taurum; *mise le mani* (D. Cesare) *nell' Archivio* (juvat iterum fabulatoris verba repetere) *de' Privileggi di quella Città*, & *a suoi Suggelli*, *e li donò al magnifico Sindico di Lecce*, *detto Stefano Barone*, *li quali scolpiti con l'arme di colui d'un Toro in Rame l'un grande*, *e l'altro piccolo*, *con Privilegio della*

M 3 *colei*

solei concessione, *dove fin a quest' ora si conservano* &c. At vero narrationem hanc identidem expendenti, tot, ac tantæ difficultates occurrunt, ut me non parem, ut verum fatear, iis solvendis agnoscam. Profecto vel Neritina illa Insignia ex publico Urbis Archivo Lupiensibus tradita Neritinæ Urbis Stemmate erant insignita, vel nullo prorsus notata signo. Si primum Baronæ Familiæ Stemma in illis scalpi non poterat: si alterum Neritinorum non erant Insignia. Præterea vel Neritinæ Civitatis Stemma idem omnino erat, ac Baroniarum, vel diversum. Si primum supervacuum erat, ne dicam stultum, rem actam agere: Si diversum, quomodo id, ne dum commode, sed & sapienter fieri poterat, plane non video. Nam ut eadem captiva Neritinæ Urbis insignia, perpetuo tanquam germana, nec a quoquam conficta, agnoscerentur in posterum ad bellicæ virtutis, & admirandæ fortitudinis Lyciensis Populi memoriam sempiternam, nullo alterius stemmate depravari debuerat, mutata siquidem vel leviter, cui olim fuerant jure, meritoque abjudicari mox poterant.

XXVII. Sed fingamus hæc argumenta vim nullam habere, ac disquira-

meſticus Fride-
). Franciſci I.
pud Venetos
, & Provinc.
runtinæ pro
1529.

ra-

ramus, an obtrusa Ferrario verba omni difficultate aliunde careant: res enim suapte natura satis superque ambagibus obsita, sedula cura expendenda est. Profecto quum hic Stephanus Baro Lyciensium Syndicus afferatur, ex ea Barona gente illum fuisse, quæ quintodecimo Ecclesiæ seculo, & ineunte sequenti inter primi Ordinis Cives Lycii viguit, absque solidis historiæ momentis, nemo jure negabit. Atqui in Genealogia Familiæ Baronæ Lyciensis, quæ ex M. S. Codice qui olim fuerat clarissimi Viri Andreæ Josephi Gyptii & in Bibliotheca Brancatica S. Angeli ad Nidum modo servatur Neapoli, nullus omnino Stephanus inter mares occurrit: constituunturque virorum Geneses hoc pacto. * Tab.

Hac item fortassis Genealogia usus Blasius Adimarus Vir Patricius in secunda parte lib. III. Historiarum Caraphæ Familiæ cap. 21. n. 110. fol. 385. 386. & sequen. ex Barona Familia Lyciensi, quotquot hactenus memoravimus Viros, nullo dempto commemorat; de Stephano & apud ipsum altum omnino silentium.

XXVIII. Quid autem loquar de Neritinæ Urbis Privilegiis, quæ pari confidentia ex publico ejusdem Archi-

vo desumpta Lyciensibus donata, Lycium transvecta, & ad id usque tempus quo Ferrarius floruit, in Patriæ Urbis scriniis servata configunt. Habetur adhuc in Episcopali Neriti Archivo veterum scripturarum numero, ac pondere cum paucis comparando luculentissimum Instrumentum autographum *anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo*, *Neriti die septima Mensis Septembris Indictione quarta a Notario Federico Capditillæ Lyciensi* publica authoritate conscripto; in quo omnia prorsus Privilegia Neritinis concessa a Neapolitanis Regibus Andegavensibus, Duratiis, & Aragoneis; ac novissime etiam a Quinto Carolo Austriaco Romanorum Imperatore de conservanda perpetuo, ac restituenda Neritina Urbe *Regio Domino* ex authographis, vulgo *originalibus* dictis, recensentur, quæ tunc in publico Neritinæ Urbis Archivo servabantur. Et tamen quo tempore id a Lyciensi Notario factum est, sex, & quadraginta anni ab Veneto Bello jam excesserant; diuque post Jacobus Antonius Ferrarius, cui *Paradossica illa Apologia perperam affingitur*, scripsit. Exstat etiam in eodem Episcopali Archivo aliud publicum Instrumentum complurium Foliorum a *Notario Francisco*
No-

Nociglia Neritino die XXVII. Mensis Januarii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Indictione nona Neriti confectum, in quo pariter *ex authographis Diplomatibus, in ejusdem Urbis Archivo servatis* omnia prorsus diversi generis Privilegia ab eo usque tempore, quo Constantinopolitani in Japygia Imperatores dominabantur, Neritinis concessa, diligenti calamo describuntur, ac recensentur. Hujus Notarii, ut vocant *Protocollum* ad hanc usque diem apud Neritinos Fratres Carmelitas prostat, in cujus volumine citati anni IX. Indictionis fol. 27. & sequentibus, quod nuper laudavimus, fusissimum legitur Instrumentum. Quum autem eodem anno memoratus Jacobus Antonius Ferrarius, cui ea Fabella tribuitur, teste clarissimo Viro Dominico de Angelis in ipsius vita pagina. 133. — inter *vitas Virorum illustrium Sallentinorum* parte prima jam e vivis excesserit, Neritinæ Urbis Privilegia, nec ante, nec postquam idem Scriptor floruit, in Urbe Lyciensi, sed semper Neriti, ut olim, servata fuisse, liquido constat.

XXIX. *Et in memoria di quel fatto* (pergit fictitius auctor) *con una lettera del Re; pregando Lecce, che per quell' anno restasse contenta non darle*

fastidio di ven ire a scopare la piazza: ed avendo la Città supp icato per la confermazione di quella donazione per conto, che se gli oppose il Conte d'Ugento Anghilberto del Balzo, dicendo, che per esser quella Città sua, che la possedeva con titolo di Duca, che colei rebellandosi, come di sopra, non havea potuto pregiudicare alle sue raggioni. Il Re per molti anni favorì la Città di Lecce lasciandogliela possedere; ma non le permise, che dalle sentenze del Capitano, che ogn' anno la Città di Lecce vi deputava un suo Patrizio Dottor di Legge si avesse potuto a lei appellare; ma al suo Real Consiglio Provinciale: ma trattanto fosse obligata di venire ad accompagnare con le Arme le Bandiere del Serenissimo Re due volte l'anno, cioè nel dì di S. Jacopo, e della Santissima Annunziata, e di venire a scopare la Piazza in segno di sommissione. Mendax sim, nisi & hanc futilissimam narrationem omni prorsus in parte fabulosam convincam. Tantum ego ab veritate præsidii pro Neritina Urbe, & in hoc capite mihi polliceor. Ut autem hoc Fabulatorum somnium una cum pluribus aliis conjunctis falsis commentis detegatur, meritisque sibilis explodatur e medio primum peto a Lyciensi-

bus

bus quot Menses habebant anni, & quot dies menses eo seculo, quo a Venetis in Japygia gestum est bellum; deinde quonam mense in Patria Urbe Beatissimæ Dei Genitricis ab Angelo nunciatæ, & S. Jacobi dies festi celebrabantur? Si respondeant, ut eos responsuros non dubito, duodecim fuisse cuilibet anno Menses, singulos autem Menses, ut nunc, triginta plus, minusque constasse diebus: Eorumque Festorum alterum octavo Kalendas Aprilis, alterum vero octavo itidem Kalendas Sextilis, non autem Quintilis (ut dementissimus ille Larvatus Coniger scribit pag. 27.) actum esse. Ergo (addam ego) falsum est Neritinam Urbem *multorum annorum* spatio a Lyciensibus fuisse possessam. Falsum est, coram Ferdinando Rege graves interea concertationes inter Lycienses, & Anghilbertum Baucium ejusdem Urbis caussa agitatas esse. Falsum quotannis Neritinos Cives, post Venetum Bellum confectum, ad sociandum Regia Vexilla diebus Festis in honorem Beatæ Dei Genitricis ab Angelo Nunciatæ ac S. Jacobi Apostoli institutis Lycium convenisse. Falsum expurgandæ Lycii Plateæ Neritinos addictos. Falsum anno quolibet Lycienses Cives Gubernatores Ne-

riti constituisse, falsum denique quidquid insuper Commentitius Ferrarius novis figmentis affingit, quo turpius ineptis Lectoribus imponat, & fucum faciat. Quomodo id probetur exposcitur? Paucis omnino rem conficiam, solidis momentis ostendens Neritum statim, ac ultro Veneti Ferdinando restituere: ab eodem Rege Anghilberto Baucio, cui, ut vidimus paullo ante vendiderat, tradidisse; nullumque omnino tempus fuisse, quo hæc, quæ a Lyciensi Scriptore finguntur, opportune, ac commode fieri potuerint. *Anno mille quattrocento ottanta quattro; a di sei Settembre* (inquit citatus Lucius Cardamus Gallipolitanus Patricius, coævus author in Diariis rerum gestarum sui temporis pag. 64.) *venne in Terra d'Otranto l'Ambasciadore delli Signori Vinitiani co lo Signuri Juham Battista Caraccioli pe parte de Re Ferrante, & ne so pe tutto rogato da Notarii pe' l'una, & l'altra parte l'atto publico. A di dodici Settembre pilliao possesso de la Cetate de Nerito lo Signuri Anghilberto de Baucio Conte d'Ugento, quale Cetate havia comprato l'anno nanti da Re Ferrante, e pi caosa della Guerra ancora non c'era stata consignata; & lo ditto possesso so prise da isso con grande sollennita-*

nitate. Post stabilitam cum Venetis pacem, captisque Oppidis utrinque redditis nulla mora interposita Neritinæ Urbis possessionem a Ferdinando Rege Anghilberto traditam esse confirmat etiam publicum Instrumentum a Notario Francisco Guerrerio, *decimo septimo* Kalendas Octobris ejusdem anni Neriti confecto, ac in laudato sæpenumero Episcopali Archivo servato, cujus initium est. *In Nomine Domini Domini Jesu Christi. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Regnante Serenissimo, & inclyto Domino Nostro, Domino Ferdinando Rege Siciliæ, Hyerusalem, Ungariæ, Regnorum vero suorum anno vigesimo secundo, Dominante pariter Illustrissimo Domino Anghilberto de Baucio Duce Neritoni, & Uxenti Comite Mense Septembri die decima sexta ejusdem in Civitate Neritoni. Nos Gabriel Gastus de Neritonio Regius ad Contractus per totum Siciliæ Regnum ad vitam Judex, Franciscus Guerierius de eadem Civitate Neritoni publicus per totum prædictum Siciliæ Regnum Regia Authoritate Notarius, & subscripti testes &c.* Gravissimis hisce germanæ historiæ momentis optime consonant veteres, atque recentes Neapolitanarum rerum

Scri-

Scriptores, asserentes conjurationi illi longe infestissimæ, quam statim, ac Venetum, & Ferrariense bellum finitum est, primarii Regni Proceres in Ferdinandum Regem orditi sunt, Neritinorum etiam Ducem adhæsisse.

XXX. Ex his omnibus commentitia quoque omni prorsus ex parte convincitur altera illa apud *Spurium Conigerum* contra Neritinos conficta narratio, qua proditur, *anno ab ortu servatoris quadringentesimo octogesimo quinto supra millesimum*, tertio Idus Martias constitutam a Ferdinando Rege Neritinis optionem, ut si constanter deinceps Regio Dominio subjecti esse mallent, nec Anghilberto, qui emptæ Urbis possessionem nondum ceperat, parere; certam Ferdinando nummorum summam quam citissime solverent. Commentitium Idibus ipsis ejusdem mensis omnia prorsus Neritinæ Urbis mœnia, nondum cuiquam ab Rege concessæ, a quingentis Lyciensibus vastatoribus æquata solo esse. Commentitium die sequenti Urbem ipsam Civitatis honore, & dignitate privatam, tanquam *Casale*, ut loquitur fabulator, *Angario*, & *Perangario* Lyciensi Magistratui donatam fuisse. Commentitium quintodecimo Kalendas Aprilis ejus possessionem insigni

gni longe celebritate Lycienses adiisse. Commentitium ibidem omnes Urbis Syndicos & cujuscumque ordinis Administros removisse, novos pro arbitrio constituisse; Lyciensis Urbis stemma ad exerciti dominii argumentum in Neritino sedili pingi fecisse. Commentitium cæteris omnibus dejectis unam tantum Meriti portam, ad tantæ rei memoriam sempiternam Lyciensium studio relictam esse. Commentitium de somniis hisce Ferdinandum Regem literas dedisse. Commentitium post Martium mensem, quo Lycienses Nerito potiti finguntur, Neritinos homines vilissimis illis, quæ pag. 27. & 28. recensent, servitiis, tanquam Vassallos Lycii addictos fuisse. Commentitium denique pridie Idus Novembris ejus anni, tandem aliquando Anghilberto de Baucio Neritinam Urbem a Federico Principe concessam esse.

XXXI. Neque solum hactenus recensita, sed complura alia argumenta Conigerianam Narrationem mendacissimam convincunt. Quod, ut melius eruditis Lectoribus pateat, potiora ipsius capita brevi calamo expendemus. Scribit in primis author tertio Idus Martias, anno ejus seculi *quarto*, *&* *octogesimo*, *quingentos* Lycienses vastatores ad Ne-

Neriti mœnia diruenda missos esse; eosdemque nulla mora interposita manum operi admoventes, *novem dierum spatio*, *omnia* prorsus solo æquasse. Qui quingentos vastatores audit ad id opus missos, Urbem ambitu novem, aut decem millihus passuum amplam, mœnium vero altitudinem tantam, quantam jure quisque mirari possit, sapienter intelliget. Et tamen Neritum mille, ac quingentorum passuum amplitudinem non excedit, ejusdem mœnia vero tribus palmis plus, minusque, cum dimidio lata ad viginti circiter pedes non amplius attolluntur. At quam falsum, quam commentitium sit, omnibus prorsus mœnibus, quibus muniebatur, Neritinam Urbem privatam esse, ex eo potissimum intelligi liquet, quod ad hanc usque ætatem, quam vivimus, in iisdem mœnibus in dies singulos præ vetustate fatiscentibus, servata sunt, atque servantur Gentilitia stemmata Senioris Joannæ Andegavensis Neapolitanorum Reginæ; qua regnante, a Neritino Ordine, ac Populo rursus illa restituta fuere. Ut præ cæteris videre licet ex duobus ad eam rem spectantibus Diplomatibus, quorum alterum datum est *Neritinis Civibus a Roberto Imperatore Constanti-*

nopo-

nopolitano, *Romaniæ Despotæ*, *nec non Achajæ*, *& Tarenti Principe anno Christi millesimo tercentesimo quinquagesimo quarto*. Alterum ab ipsamet Regina Joanna *anno millesimo tercentesimo septuagesimo octavo*, quæ recensentur in amplissimo, ac publico Instrumento *Francisci Nocigliæ Notarii quartodecimo Kalendas Februarii anni quingentesimi septuagesimi sexti supra millesimum Neriti confecto*, ac in Episcopali Archivo, & apud PP. Carmelitas Neritinos servato, quod sæpenumero pro re nata paullo ante citavimus.

XXXII. *Lo Sindico di Lecce* pergit idem author, *se Bandi con quattro Trombetti portate da Lecce, che onne Offiziale se appresentasse avante de ditto Sindico, subito, ch' è ditto, & quelli tutti cassò, fando de nuovo Capitano, Sindico, Auditore, Carbenlinghi* &c. Et hæc nomina publicorum, ut vocant, Officialium, quibus Neritinus Magistratus constasse fingitur, commentitia sunt. Urbs enim ætate illa regebatur a *Judice*, dicto etiam Officiali, quotannis ab Rege, vel Neritino Domino constituto, *Arcis Præfecto*, *Bajulo* ab Urbe electo, *duobus Syndicis*, quorum alter erat e nobilium ordine, alter e

Po-

Populo : Uno *Camerario* , cujus munus erat Civitatis vectigalia , aliosque redditus colligere , atque servare : *duobus Catapanis* , qui vendendis rebus pretia imponebant : Ut constat ex pluribus Instrumentis Notariorum Francisci Guerresii , Aloysii Pedilongi , Loysii Fisii , Antonelli Pecorarii , Guilelmi Gaballonii , Bernerii de Protamagistro , Colellæ Cristofarelli , & Francisci de Fonti ; Ex Diplomatibus complurium Regum , & Principum in laudato paullo ante Instrumento Francisci Nociglia recensitis , aliisque diversi generis antiquis monumentis , quæ in Episcopali , ac publico Neritinæ Civitatis Archivo servantur . In omnibus recensitorum Notariorum Instrumentis variis diebus , ac mensibus , annis Christi millesimo quadringentesimo octogesimo quarto , quinto , sexto , & sequentibus conscriptis , quum Neritum perpetuo , constantissimeque dicatur *Civitas* , alterum etiam Lyciensium figmentum magis magisque detegitur , quo statim , ac Venetum Bellum factum est , Urbem ipsam in *Castrum* redactam esse commemorant . Hoc figmenti genus egregie confutatur etiam ex pluribus Neritinorum Episcoporum Bullis , aliisque Scripturis iisdem annis exaratis ,

ac

ac in memorato sæpe numero Episcopali Archivo servatis, in quibus Universis Neritum semper *Urbs*, seu *Civitas* constantissime dicitur, ab eaque, nec uno quidem temporis momento, Episcopalem sedem remotam fuisse, liquido constat. Neritum *Civitatem*, eamdemque *Fidelem* appellat & Ferdinandus Rex Aragoneus in suis literis *Regio Justitiario, atque Officialibus datis* tertio Idus Januarii *anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto*, qua quum veniam impertiat nonnullis Civibus, qui post pacem cum Venetis in Neapolitano Regno promulgatam, eorum aliquot Neriti morantes occiderant, potioribus argumentis clarius fit, neque Urbem ipsam post Venetum bellum Civitatis nomine esse privatam, neque Venetis ejusdem Cives amicos fuisse. Recensentur hæ Ferdinandi Literæ in publico Instrumento Notarii Francisci Nocigliæ sæpenumero a nobis laudato. Earumdem vero exemplum ex authographo in Urbis Archivo servato sequens est

Foris.

No-

Nobilibus, & Egregiis Viris Regio Justitiario, & Officialibus Civitatis Neritoni Fidelibus Nostris Dilectis. Rex Sciciliæ.

Intus.

NObiles, & Egregii viri fideles nostri dilecti. Per caose, che degnamente moveno la nostra mente, ve ordinamo, e comandamo cola presente, che non se dia più vexatione alcuna a li Ptolomei, & Quintavalli, & a tutti, & singuli quilli Cittadini de questa nostra Fedele Cetate, che doppo stabilita, & publicata la Pace tra la Maestà nostra, & li Signuri Vinitiani ammazzara lo Capitanio loro co molti suoi huomini, che se trovavano a la Custodia de la stessa Cetate: revocanno, & annullanno onne banno, & altro, che etiam cum expresso Commandamento nostro contra de issi fino ad hora s'e fatto; & restituendoli tutte, e singole le loro Robbe confiscate, & fandole de novo godere di tutti quelli ho-

honori, & prerogative in essa Cetate, quali issi prima godiano, senza dare più a loro per tale fatto molestia de sorte alcuna, ne fare inquisitione de altro. Scrivendo nui di questo sta sera stessa anco a lo Magnifico, & Illustre Duca. Et tanto con puntualità exequirete non facendo lo contrario sotto pena di milli onze d'oro, & della nostra Reale disgrazia. Datum in Castello novo Civitatis nostræ Neapolis Undecimo Mensis Januarii 1485.

Rex Ferdinandus.

I. Pont:

XXXIII. Quod de relicta a Lyciensibus Neriti porta aliis omnibus, una cum mœnibus disjectis ad perennem rei memoriam conservandam addit author, æque fictitium esse, ostendunt Insignia Sanctissimi nominis Jesu a Sancto Bernardino Senensi, quo tempore Sacras Conciones ibidem habuit, supra portas, quæ adhuc durant, affixa. Quem Virum Sanctissimum, quum ante Venetum bellum floruisse nullus vir eruditus ignoret, nullus pariter veram historiam, sed putidissimam fabellam arbitrari debet, *omnes*

pror-

prorsus Neritinæ Urbis portas anno Christi millesimo quadringentesimo octogesimoquinto solo æquatas esse ; unamque relictam , quam recentiores Lycienses ex cerebro eam esse fingunt , cui a Sancto *Paullo* , ac etiam a Sancta *Maria Charitatis* nomen est. Decepti nimium illi sunt pulcherrimo opere , & artificio , quod , quia præcipuum ejus Portæ est , nec alia par Neriti spectatur , hanc solam post Venetum bellum , cæteris solo æquatis , relictam esse arbitrantur ; ob idque *Lyciensem portam* ad hanc usque diem dictam esse comminiscuntur . At & in hoc Lyciensium vulgus quam inepte fallatur , ipsamet vetus Inscriptio posita in dextro ejusdem Portæ latere perspicue aperit . Ex illa enim constat , anno quarto , & nonagesimo post Venetum bellum , priori ob antiquitatem fatiscente , a Neritino Populo disjecta , novam in hanc , quæ nunc visitur , formam , publicis impensis restitutam fuisse . Ea vero Inscriptio , quæ hac etiam in parte technas aperit , sequens est.

AL-

ALPHONSUS SAMBLASIUS

ET BERNORIUS CABALLONUS SYNDICI

Publica Pecunia

In meliorem formam restituere.

Anno M.D.LXXVII.

Non ea vero ex caussa hujusmodi Porta Lyciensis a nonnullis e vulgo appellari consuevit, quoniam a Lyciensibus, qui Nerito olim in Castrum redacto dominati sunt, relicta fuerat, cæteris omnibus una cum mœnibus, solo æquatis quemadmodum fingitur, sed quod Lycium spectet, Lyciumque, ducat. Cujusmodi in compluribus Neapolitani Regni Civitatibus adeo multæ sunt Portæ, ut easdem nunc recensere perinde esset, ac res notissimas patefacere.

XXXIV. Postquam hujusmodi ineptiis falsus Coniger Fridericum Principem undecim circiter menses occupatum Lycii tenuisset, ut suam magis, magisque patefaciat imperitiam, tandem aliquando *duodevicesimo Mensis Decembris* anno a Virginis partu *mil-*

millesimo quadringentesimo octogesimo quinto a Ferdinando Patre revocatum Neapolim remeasse commemorat. Et tamen apud omnes ejus temporis Neapolitanos Historicos liquido constat, Principem ipsum ab Neapolitanorum, atque Baronum defectionis exordio, quod ad Junium mensem Lucius Cardamus in suis Diariis; Julianus Passerus in Annalibus Neapolis, aliique coævi Scriptores referunt, reintegrandæ communis concordiæ sequestrem ab Rege constitutum esse, eaque de caussa huc, illucque concursasse adeo eruditis viris notum, ut nostrarum Historiarum ignorantissimus omnino sit, qui id nesciat. *Alphonsus ubi primum a Bello Ferrariensi, Neapolim rediit* (inquit Michael Ritius Neapolitanus Patricius, qui coram hæc habuit in lib. IV. de Regibus Siciliæ pag. 204. & sequentibus) *in eos aperte minatus est, qui hostilli in se fuissent animo. Subditos permissu Patris novis Vectigalibus sollicitare, quosdam non obscuro loco natos in vinculis habere, quorumdam bona indicta causa publicare cœpit. Unde Franciscus Copula, quem Ferdinandus Sarni Comitem declaraverat, Antonellusque de Petruciis, qui Policastrum Lucaniæ, Calesque Ausonum primo Oppidum,*
Ro-

Romanam deinde Coloniam, Comitis, & ipse titulo tenebat, veriti, ne quid in se gravius moliretur, Alphonsus, Antonellum, Hieronymumque Sanseverinates, alterum Salerni, alterum Bisiniani Principem, Pyrrumque de Baucio, qui Princeps erat Altamuræ, Petrum quoque de Guevara, Andreamque Matthæum Acquavivam, hunc Beturitinorum, illum Vasti, Aymonis Marchionem sollicitaverunt, ut secum conjurarent in Ferdinandum. Quod ut alicujus authoritate fulcirent, Innocentium Pontificem sibi adjunxerunt. Itaque fœdus inter se percusserunt apud Melphim in Nuptiis Trojani Caraccioli Filii Ducis Melphis, initumque consilium, statutumque tempus rei perficiendæ. Sanseverinatibus hærebant Mileti, Lauriaeque Comites, Altamuræ Principi, Neritonis Dux, ejus Frater, ipsiusque Ducis plerique Filii. Cumque bello necessaria in suis quisque finibus paravissent in metum adductus Ferdinandus mittendis legationibus eos ad sanitatem revocare tentavit. Idcirco cum Alphonsus cum exercitu occurrisset Roberto Sanseverinati, qui conjuratis auxilio veniebat, ad eos, Fridericum Filium misit. Apud Milionicum in Conventu conjuratorum de pace agi cæptum, in primisque a Ferdinando

 pe-

petitum, ut ejus auctoritate liceret quædam Regni statuta in communem omnium utilitatem reformare; ejusque pacis custodem Federicum designaverunt: adjecta conditione, ut eum Pater Tarenti Principem constitueret, eamque rem Ferdinandus non ægre concessit. Sed illi quidem dictis non steterunt: Nam cum rursus apud Salernum convenissent, Copulaque, & Antonellus ultra bellum prosequendum negarent, Antonellus Salerni Princeps anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo sexto, Federicum, qui per id tempus apud eos erat Custodiæ tradidit, & Antonellum de Petrucciis. At illi paucis post diebus ope cujusdam militis ipsius Antonelli Principis aufugerunt. Qua die Federicus ab Antonello captus est, Innocentii Romani Pontificis Vexilla sustulerunt; passimque toto pene Regno uno tempore bellum exarsit. Nam Joannes de Ruere Præfectus Urbis admota non modica Pontificis manu Beneventum, Samnitesque vexabat, Salerni Princeps Lucanos, Altamuræ Princeps, & Marchio Bituntorum Apulos, Marchio Vasti Marsos, Princeps Bisiniani Brutios, ipse vero Dux Melphis, etsi belli consilia cum iis communicabat, ut quidam sentiunt, aperto

to tamen studio neutri Parti favebat.

XXXV. Quinimmo non anno millesimo quadringentesimo octogesimo sexto, sed ipso anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto Friderici Regii Principis detentionem Salerni accidisse, totoque fere Regno novos belli tumultus eodem tempore excitatos esse diligentiores ejusdem temporis coævi Scriptores notatum reliquere. E quibus pro re nata adversus falsum Conigerum comprobanda unum tantum, & alterum recensuisse sufficiat. Lucius Cardamus Callipolitanus in Diariis rerum gestarum sui temporis fol. *66. anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto. Ne lo mese, inquit, de Novembre assai altri Signuri si scopriro nimici de Re Ferrante pe ogni parte de lo Reame, e tra issi ci foi ancora Antonello de Petruccis Secretario de Sua Maestate, e giose a Salerno, dove erano li Colligati. Adi* 19. *ditto sendo lo Signuri Federico Principe di Capua pe accordio a Salerno ne fo presso presone, & molti credira, che isso fosse ancora d'accordio, perchè li Colligati aviano pe se stessi domandato, che si dasse, & consignasse da Re Ferrante Patre lo Principato di Ta-*

 ran-

ranto , co lo Contato di Lecce , & le Cettati d' Otranto , Brindisi , & Gallipoli (& paulo post) . Adi 12. *Decembre de notte tempo pe mezzo de uno corso fuggio Federico Principe di Capua da Salerno , dove era stato ritrattenuto dalli Collegiati , & con Barche giosene a la Cava , & po a la Cettate de Napoli , & così li levao ca tutto & per tutto da ogne uno sospetto , che isso co li Baruni fusse de accordio* . Et Julianus Passerus Neapolitanus in Annalibus ejusdem Urbis , & Regni fol. 35. *Ali dodici di Decembre mille quattrocento ottanta cinque a le tre hore de notte è fuggito da Salierno lo Signore D. Federico d' Aragona Figlio de Re Ferrante , quale se trovai dentro Salierno a tempo che li Baruni alzaro le Bandere contra suo Padre , & fuggìo con due Barche de Cetara della Cava* . Indicans autem idem author tempus , quo Regni Barones contra Ferdinandum Patrem vexilla extulere paullo ante fol. 34. ita scribit . *Ali decinove di Novembre mille quattrocento ottanta cinque de Sabato circa* 18. *hore a Salierno si sono alzate le Bandere de Papa Innocenzio VIII. dove sono Ribelli tutti li Signuri dello Riame , & M. Antonello de Petruciis de Aversa Secretario della*
Mae-

Maestà dello Signuri Re Ferrante, se ei trovato a Salierno con li detti Signuri Ribelli, & è stato publicato isso ancora pe Ribello. Sic Passarus. Quæ quum ita sint nemo non videt, quam fœde recentiores Lycienses apud Conigerum fallantur, & fallant; qui pag. 29. & seq. intestini hujus Belli historiam, ac Friderici Principis detentionem, longe aliter, ac coævi Scriptores produnt, enarrant. At omnia futilissimi illius operis menda, vel in hac parte, quæ nos tangunt, singillatim recensere, nos piget, & tædet.

XXXVI. Tolerabiliora fortasse sunt, quæ leguntur in fine confutatæ hactenus fabellæ apud Ferrarium? Audias quæso, quam supina fuerit eorum inscitia, atque stoliditas, qui putidissimam hanc fabellam tanti Scriptoris tecti nomine confinxere. *Et essendo poi successa la Guerra de Baroni, il Re si scusò con la sua Città di Lecce, che essendo astretto per estinguere quella Guerra di restituire quella Terra al suo Padrone non glie la poteva confermare, nè lasciare. Alla quale risposta havendo Lecce risposto, che la Maestà sua non la dovea togliere a chi l' havea con l' arme acquistata in suo Regal serviggio. Il Re quasi scornato*

 dis-

disse, ch' Ella haveva tutte le raggioni; però egli per stabilire la pace era obligato di toglierfela, e darla a chi non se li dovea più. Non Neapolitanorum Regem prudentissimum, suique Juris, dignitatis, & potestatis retinentissimum, sed Principem ineptissimum, & stolidissimum Ferdinandum fuisse dicendum esset, si sic cum subditis sibi Lyciensibus hac in parte se gessisse, tractarique passum esse, salva historiæ veritate suspicari vellemus. Et tamen vix in hoc Regno dominatus est Rex, qui quum de subjectis imperio suo hominibus ageret, vel cum iisdem negocii quidquam transegerit, Aragonio hoc Ferdinando visus est gravior, sapientior, circumspectior. Num vero tanti Regis amplitudini, Majestati, debitæque ipsi a Lyciensibus venerationi recte conveniant petulantissima illa verba: *Il Re quasi scornato, disse* &c. sapientes dijudicent. Neque minus ridicula, inepta, ac falsa sunt, quæ adduntur; nimirum pacandi Regni caussa oportuisse Anghilberto Neritum restituere; quasi pro una hac Urbe tam atrox, tam formidabile, tam longe, lateque diffusum bellum, quod universos fere potentiores, Nobilioresque Regni Brincipes, atque Ba-

Barones excitarunt, gestum esset. Quam nihilominus Lycienses ipsi adeo parvi fecere, ut *in vile Castrum*, ac, ut ajunt, *Casale Angarium*, *& Perangarium*, *mœnibus*, *portisque exutum* per summam injuriam redigerint, quam belle Elephantem in Culicem deprimunt? Quampulchre Culicem in Elephantem momento attollunt? Perspicaces mentes! o fabulæ, o somnia?

(a) *Adeone videmur vobis esse idonei*
In quibus sic illudatis?

XXXVII. Quid vero dicemus de illa Regis gratia, qua Lycienses tanto cum oris hiatu post confectum bellum a Baronibus motum Anghilbertum Baucium potitum fuisse apud Ferrarium produnt; & cujus caussa postquam *multos a Veneto bello annos* Nerito dominati sunt eidem Anghilberto Ferdinandi jussu Urbem ipsam restituere se esse coactos? Utinam ille tamdiu vere Regis gratia, post reintegratam cum ipso, interposito etiam sacramento, concordiam fruitus esset, & non statim finito bello una

(a) Teren. in And. scen. 5. ver. 19.

cum omnibus fere aliis Regni Baronibus, qui contra Regiam Domum arma sumpsere bonis omnibus prius exutus, crudelissime interemptus esset. Circumfertur etiamnum apud Eruditos Viros tantæ rei feralis Processus adversus Anghilbertum, aliosque Viros Principes Ferdinandi jussu confectus, vulgatusque est etiam publicis typis in Urbe Neapoli anno post Virginis Partum millesimo, quadringentesimo octogesimo octavo.... At audiamus quæso quam perspicue rem ipsam illustret Michael Ritius in lib. IV de Regibus Siciliæ fol. 208. *Pacato, inquit, Regno Ferdinandus Conjuratos omnes in Carcerem conjecit anno salutis octogesimo septimo supra millesimum quadringentesimum, quarto Julii, præter Antonellum Salerni Principem, qui priusquam in conspectum Regis veniret, abeundi potestatem ab eo impetraverat; Quarto demum mense, ex quo comprahendit, omnes ad unum silentium noctis carnifici tradidit ad supplicium, violato jurejurando, pacisque conditionibus: Inter quos etiam Joannes* (*) *Antonius* Mar-

(*) Non Joa: Antonius sed Marinus Jo: Antonii Filius hic fuit, ut liquet ex gravissi-

Marzanus, *quem triginta quatuor annos in vinculis habuerat*, *interemptus est*. Audiamus gravissimum Ferdinan-

N 5 dum

---

vissimis monumentis productis a Ferdinando della Marra e Guardiæ Ducibus in Familia *Marzano* fol. 254. Hoc eodem errore laborat Ritius, pag. 191 cit. lib IV. de Regibus Siciliæ. Cum vero Ritius ipse, tum etiam Ferdinandus della Marra, aliique Neapolitani Historici emendandi sunt, quum scribunt Marinum ipsum a Ferdinando Rege *triginta quatuor annos* in vinculis habitum. Conjectus est enim in carcerem Princeps ipse post bellum Neapolitanum, quod anno Christi MCCCCLXIIII. finem habuit, & cui Marinus interfuit, ut constat ex omnibus fere ejusdem temporis Neapolitanis Historicis. Quare vix annos XXIII. plus, minusque in custodia retineri potuit. Videsis Pontanum in libro de Bello Neap. Imo Ritium ipsum pag 199. & Ferdinandum della Marra loco cit. Nobis hic pro re nata Julianum tantum Passarum coævum Scriptorum Neapolitanum in Annalibus Patriæ Urbis, & hujus Regni fol. 25. produxisse sufficiat. Scribit enim. *Adi diece de Luglio milli quattrocento sessanta quattro venne presone in Napole lo Principe de Rossano, nominato MS. Marino de Marzano, e fo posto dentro lo Castiello Novo de Napole presone*.

dum della Marra e Guardiæ Ducibus in *Familia de Baucio* fol. 82. *Doppo la morte d'esso Principe di Taranto* (*Joan: Antonii intelligit*) *fu dal Re Ferrante pertinacemente negata al Duca Anghilberto l'Investitura di quello stato* (Tarentini nimirum Principatus) *per lo quale sdegnato si trovò egli poscia col Principe d'Altamura suo Fratello nella Guerra de' Baroni a ribellarsi contra il Re; Il quale avendo avuto il misero Duca nelle mani, senza osservar Fede, o giuramento alcuno lo fece dentro il Castello nuovo di Napoli strangolare, e buttare in mare* (a) *insieme con Gio: Paolo suo Figliuolo secondo genito, che s'intitolava Conte di Noja.* (b) Dies profecto me deficeret, si omnes prorsus Scriptores, qui de tanto excidio verba faciunt singillatim nunc proferre vellem. Uni illi Lycienses, qui ducentos post annos putidissimam hanc contra Neritinos fabellam finxere, in tanta historiarum luce cæcutiunt, ac ut imperitis Lectoribus ~~vel~~ quoquo modo fucum faciant, & imponant, omnia miscent, omnia perturbant, omnia por-

(*a*) Execuz. del Re Carlo VIII. del 1495. a car. 179 (*b*) Dalla Cronica del Raimo.

portentosis somniis labefactant, atque mendaciis. Quinimmo ita animo perridicule ad ineptias sunt comparati, ut figmentis ipsis perfruantur, glorientur, ac tanquam vere sibi honori essent, gloriæ ducant, & dignitati. *Solum*, inquiunt, apud Conigerum, *questo ho voluto scrivere in memoria, & honore della Patria mia: non fando incarico a loro; che li meriti loro lo conducessero a questo*. Non equidem Neritinorum indigna facinora, quæ hac in parte nulla fuere, adeo turpem ipsis notam potuerunt inurere, sed nonnullorum recentium Lycientium scelus, atque mendacia. Quæ, quum fieri minime possit, ut a Sapientibus ut talia non agnoscantur, improbentur, explodanturque, iis potius, qui nefarie commenti sunt, non illis adversus quos sunt effutita æterno apud posteros hærebunt probro, hærebunt infamiæ.

XXXVIII. Interim, ut vel quoquo modo tantam audacissimorum hominum confidentiam in Urbem tot nominibus claram, quam modeste, opportuneque comprimamus, ipsos serio monemus, ut producta paulo ante futilis Diplomatis verba, quæ non abs re notho homini tribuunt, diligenter expendant; consulant Annales ve-

teres: defæcato videant animo, quid de patria Urbe prodant Historiæ: evolvant denique germana, & quæ ab ipsis met depravata sunt Conigeri, & Ferrarii Lyciensium Scriptorum opera. Piget hæc inquirere? Tædet legere? Laborem levabimus. Antonellus Coniger in Chronico a Lyciensibus nuper impresso pag. 3. sub annum millesimum centesimum quinquagesimum septimum. *Rugeri*, inquit, *Duca di Calabria Primogenito del Re Gulielmo per non li havere voluto dare obbedienza la Città di Lecce, e tutte l'altre Terre del Duca d'Atena, e Conte di Lecce, ne ad Re Rogieri, ne ad Re Gulielmo suo Padre per ritrovarse in Francia detto Duca d'Atena, venne in campo ad Lecce con molto esercito, dove la tenne assediata anni tre, la fine in fine la pigliao a tradimento di lo Camberlingo. Entrò dentro lo Duca di Calabria ditto Rugeri jettao le mura, e tutte le Case a terra, riservate quelle l'addomandao di grazia, & a lui li fe tagliare la testa: pigliao tutte l'altre terre, & fe jettare case, e mure, che erano del Duca d'Atena*. Et ad annum millesimum biscentesimum septuagesimum secundum germani Operis M. S. pag. 9. *La Cetà de Lecce*, inquit, *rebel-*

bellao a Re Carlo , e chiamao Re lo Re Coradino , & Re Carlo . Mandò lo Esercito contra issa Cetà de Lecce , e la disfece tutta , e smantellao tutti li soi muri pe castigo , e Fortalizzi , e la fece Terra , levando a issa lo Nome , & honore de Cetate ; ecci fora accisi assai Cetadini , & restai Lecce quasi tutta dessabetata , come se legge nelo marmoro fisso allo muro de S. Andrea fora de la Cetate . At inquient noti Lycienses : in Conigeri Chronico a nobis nudius tertius publicis typis excusso hoc de Urbe nostra non legitur , sed tantum quæ sequuntur pag. 6. 1272. *Re Carlo de Pullia so morto , al quale successe Re Cicco .*

1286. *Re Cicco so morto al quale successe Carlo Secondo , quale ebbe la Corona del Regno d' Ungaria .*

1305. *Fo morto Re Carlo , e sucesse nel Regno de Puglia Re Roberto , & in lo Regno d'Ungaria Re Carlo suoi Figli , lo quale Carlo s' è vestito Frate de S. Francisco .* Verissimum profectò ; quia vos per summum nefas , ut complura alia , quæ Lyciensium dignitati videbantur officere , abrasistis , delestis , sustulistis ; & loco germanæ authoris narrationis , quia veterum historiarum oppidò eratis ignari , portentosas fabulas , atque horribilia figmentorum monstra finxistis, ea-

que

que tam inepta, tam absurda, tam ab omni prorsus etiam veri specie aliena, ut nihil supra cæteris aliis omissis, hæc pauca verba, quæ nuperrime ex corrupto Conigero retulistis luculento eruditis Lectoribus argumento esse possunt. Carolus I. siquidem Neapolitanorum Rex non anno *millesimo ducentesimo septuagesimo secundo* sed millesimo ducentesimo *octogesimo quinto* vita decessit, testibus Antiquis Scriptoribus Joanne Villano lib. VII. cap. 24. Ptolomæo Lucensi in histor. Ecclesiast. lib. XXIV. cap. 3. Jordano in Diariis Vaticanis M. S. & aliis. Neque illi successit REX CICCUS perridicule confictus ex cerebro, sed Carolus II., ut omnes produnt historiæ. Neque idem Carolus Hungariæ Regno potitus est, sed ejusdem Caroli Filius, quem *Martellum* cognomento nonnulli appellant, ut videre licet apud S. Antoninum Florentinum Archiepiscopum in 3. parte Historiarum tit. XX. cap. 6. §. 7. Bonfinium lib. X. Summontium in hist. Regni Neapolis lib. 3. & Ritium de Regibus Siciliæ lib. 3. in Carolo II. Neque Carolus ipse mortuus est anno millesimo trecentesimo quinto, sed millesimo trecentesimo *nono*, ut ex Berardo in Chronico Romanorum Ponti-

tifi-

tificum liquet : citatisque Jordano, & Sant' Antonino notat Rainaldus in Annalibus Ecclesiasticis eodem anno num. 17. Neque Rex Carolus Hungariæ Rex S. Francisci Ordini nomen dedit, sed Ludovicus Caroli II. Filius, is qui postea inter Sanctos relatus est, ut constat ex citatis Historicis, ac Ordinis Minorum Annalibus.

XXXIX. Verum ut eo unde non importune digressi sumus revertamur, si Lycienses clariora admissæ fraudis, in hoc Conigeriani operis loco argumenta cupiunt, atque alia patrati in Regem Carolum sceleris testimonia poscunt : queso pacatis animis alterum Lyciensem Scriptorem Jacobum Antonium de Ferrariis, cujus authoritati tantopere Cives deferunt, audiant. Is enim in appendice ad lib. IV. germani operis inscripti : *Delle Antichità del Paese di Lecce*, quod Neapoli apud Clarissimum Virum Josephum Vallettam alter Lyciensis Scriptor Dominicus de Angelis & vidit, & legit de eodem perduellionis crimine a Lyciensibus adversus Carolum patratto, verba faciens, hæc habet : *Successe il secondo Gualtieri Conte di Brenna al Contado di Lecce nel mille ducento settanta due, il quale tolse per Moglie Elena Duchessa d' Atene.*

In

In questo medesimo anno per aver la Città di Lecce aderito alla venuta di Corradino, & sollèvatasi in suo favore, fu dall' Esercito del Re Carlo Primo distrutta da fondamenti, smantellata, e privata del nome di Città, restando desolata, e privata d' Abitanti, come dice Matteo di Giovenazzo dalli nove di Maggio insino alli undeci di Giugno, del dicui tragico infortunio dava anche notizia un marmo, come nota il Coniger; posto in quel tempo nella Chiesa di S. Andrea fuori le mura della Città. Hæc ferio, liberoque animo perpendant Lycienses, nec deinceps Civitati cuiquam, quamvis fonti nefas hujusmodi, quo ipsi deturpantur audeant obiicere; memores semper præclaræ illius Satyrici Poetæ sententiæ (Juven. Sat. 2. vers. 23. & sequent.)

> *Loripedem rectus derideat, Æthiopen albus,*
> *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?*
> *Quis Cœlum terris non misceat, & mare Cœlo,*
> *Si Fur displiceat Verri, homicida Miloni;*
> *Clodius accuset Mœchos, Catilina Cethegum,*
> *In tabulas Sullæ, si dicant discipuli tres?*

Ini-

Iniquum eſt alienis oculis per ſummum dolum *Feſtucam* ingerere, ingeſtamque vitio vertere, quæ vero propriis hæret, *Trabem* non aſpicere. *Carere debet omni vitio*, (ajebat Salluſtius, ſeu alius verus auctor Orationis in M. Tullium C.) *qui paratus eſt in alium dicere*. Hæc tamen non animadvertunt, vel animadvertere nolunt boni illi Fabulatores, ſed prout libet candida in nigra, & nigra in candida vertunt: adeo ſæpe æquiſſima eſt illa apud Junium Juvenalem querela Sat. 2. vers. 64. *dat veniam corvis, vexat cenſura Columbas*.

XL. Ab improba hujuſmodi fallaciſſimorum hominum mente, atque ingenio quam longiſſime abſunt cæteri Lycienſes, Viri longe doctiſſimi, veritatis amantes, & integerrimi: qui etſi in eadem, qua primi Urbe nobiliſſima nati, uni nihilominus veritati ſtudentes, & æquitati, ſciunt, quantum vera hiſtoria diſtet a fabulis, veritas a mendacio. Ac meo quidem judicio, qui hoc animo ſunt comparati, ut præcipuam merentur laudem, ſic nugaces illi, atque inepti homines, qui tot erroribus, & fallaciis Conigeri, & Ferrarii opera referſerunt, nedum nulla prorſus fide, ſed perpetua ſunt vituperatione digni. *Prima eſt*

hiſto-

historiæ lex (ajebat Cic. in altero de Oratore libro) , *ne quid falsi dicere audeat* , *deinde ne quid veri non audeat* , *ne qua suspicio gratiæ fiat in scribendo* , *ne qua simultatis* . At vero qui libros illos sub utriusque Scriptoris nomine publicis typis excudendos curarunt , quidquid ad Patriæ decus facere videbatur , confinxere : id autem totum , licet verum , quod Lyciensium dignitati , vel quoquomodo videbatur officere , abstulerunt , detruncarunt , occulere ; nullamque fere paginam reliquerunt , qua non pluribus figmentis , atque mendaciis labefactarint . Pessime proinde illi meriti sunt de Patria , de Conigero , de Ferrario : pessime de literis , & de historia . Neque suis Civibus laudem , & decus , sed labem intulerunt , & injuriam . Nimirum honor veritate nititur ; nec figmento , sed virtuti tribuitur . Præstabat Urbi Patriæ , præstabat Authoribus , quos olim ipsi scripsere libros , intactos reliquisse . Eam enim apud doctos , & emunctæ naris Viros non subiissent notam , quam nunc paucorum imperitia , amorque præposterus augendi per nefas decus Patriæ Conigero , & Ferrario intulit . Quamquam hæc prodens nolim germana utriusque Scriptoris opera ita a Lectoribus accipi , ut

ut plena ipsis historica fides, *clausis*, ut ajunt, *oculis* tribuatur. Multis siquidem mendis, & arbitrariis assertis, & ipsa scatent, maturoque judicio, quæ in iis leguntur, expendi debent. In animo erat, quot errores utrumque opus inficiant, peculiari libro patefacere. Sed moniti Consentiæ, Capuæ, atque Neriti Viros doctos spartam hanc potiore jure ornandam suscepisse, consulto ea cura supersedeo. Interim quod ad Neritinam rem attinet, liceat nobis æquo jure verbis magni Ecclesiasticæ historiæ Parentis (in tomo VIII. Ecclesiast. Annalium Anno Domini DC.IV. num. LXII.) huic Dissertationi finem imponere. *Abeant vana commenta; sileant prorsus inanes fabulæ, sepelianturque æterno silentio, data venia iis, qui quod factum acceperunt, verum putantes, de eo scripserunt... Laude digni habeantur, qui emunctis naribus odorati falsitatem, errorem sunt detestati. Sic itaque tandem postliminio veritas reddita, sua fulgens integritate, atque sinceritate firma, tutaque consistat; nec amplius historica veritas istiusmodi labefactetur ineptiis.*

F I N I S.

ELO-

ELOGIO
DI PIETRO ANTONIO MICHELI

BOTANICO DELL' A.R. DEL SERENISS. GRAN DUCA DI TOSCANA,

E FONDATORE DELLA SOCIETA' BOTANICA FIORENTINA,

Letto pubblicamente nella Sala del Consiglio di Palazzo Vecchio il dì 7. d'Agosto 1737.

DA ANTONIO COCCHI MUGELLANO

ESSENDO PRESIDENTE DELLA MEDESIMA SOCIETA'

L'Illustriss. Sig. Abate Marchese

ANTONIO NICCOLINI

Edizione seconda con alcune giunte.

Τὰ ὀφθέντα περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσεν, ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

PLATO

Res oculis cognitae ad quaestionem totius naturae impulerunt, quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum praestantius, neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur

CICERONE INTERPRETE

ELOGIO DI PIETRO ANTONIO MICHELI

FONDATORE DELLA SOCIETA' BOTANICA FIORENTINA.

Pietro Antonio Micheli (*a*) è ſtato uno, cui la natura e la fortuna an ſollevato ad eſſere la maraviglia della ſua condizione, ed ornamento di queſta Città, e di queſto ſecolo. Il principal ſuo merito conſiſteva in una vaſtiſſima inſieme, ed eſatta e metodica cognizione delle piante, le quali diſtinte eſſendo per le perpetue e naturali loro differenze giungono ad eſſere quaſi innumerabili. L'importanza di una tal cognizione può facilmente comprenderſi da chiunque voglia ſolamente riflettere, che, ſic-

(*a*) Nato in Firenze il dì 11. Dicembre 1679. di Pier Franceſco di Paolo Micheli, e di Maria di Pietro Salvucci, morto il dì 2. Genn. 1736. 37.

ſiccome l'eſperienza ci ha moſtrato la neceſſità di ridurre a certe claſſi diſtinte, e diſtribuite in molti ſtudj diverſi, le ſcoperte intorno al raziocinio, alla favella, e alle azioni noſtre, o individualmente narrate, o moderate dalle leggi, e dalla religione, così, quaſi con maggiore intervallo, ſi ſon ſeparate dalle rimanenti, le verità che riſultano dalla contemplazione de' corpi, o ſoſtanze, e ſe ne ſono formate quelle che chiamanſi ſcienze naturali.

Nelle quali non è minor che nell'altre il noſtro intereſſe, poichè il corpo noſtro alle medeſime leggi univerſali della materia e del moto è ſoggetto, e la noſtra vita in gran parte dipende dalla conſtituzione delle coſe, che ci circondano, e ciò che forſe è più conſiderabile, ſe ſi vogliono ricercare le cagioni delle turbolenze dell' animo noſtro, e degli eventi infelici, non altre bene ſpeſſo ſi troveranno eſſere, che l'ignoranza della natura, o l'errore. Il che eſſendo una volta ſtabilito, non deve più metterſi in dubbio, ſe importi l'indagar la natura di qualunque anche minima parte del mondo, la quale, benchè molti non ſe ne accorgano, è però ſempre con tutte l'alrre unita e coneſſa.

Ma non è già minima parte della na-

natura il regno vegetabile, nella cognizione del quale fu sopra ogni credere eccellente il Micheli. L'essere i corpi delle piante di struttura organica mirabilmente uniforme nella loro multiplice varietà, il lor vivere, e propagarsi in una maniera alquanto analoga a quella degli animali, il nascere la maggior parte di loro senza cultura, e molte d'invisibil semenza, su tutta la superficie della terra e dell' acque e fin sul fondo del mare, il somministrar l'alimento a tanti viventi, il servir di materia e di strumenti a tante arti, e a tante opere umane, come poteva mai non rapire in ogni tempo ed in ogni paese l'attenzione e la ricerca degli uomini sapienti? Anzi tanta è stata l'espettazione, e la sollecitudine, ch' eglino hanno per molti secoli avuta delle facoltà, e degli usi delle piante, che da questa principalmente occupati, nè accorgendosi a principio del vasto numero delle loro differenze, neglessero l'esatta descrizione onde ciascuna distinguere sicuramente si potesse, e così resero, non volendo, inutili in gran parte le memorie delle loro osservazioni. Ad un tal danno, ne' libri degli antichi forse irreparabile, pensarono di rimediare almeno per l'avvenire alcuni chiarissi-

mi ingegni de' tempi a noi più vicini, che riflettendo gli elementi del ſapere umano conſiſtere principalmente nella chiara cognizione dell' identità e diverſità delle coſe, ſenza la quale vano è ogni ragionamento ed ogni immaginazione, riſolverono di coſtituire uno ſtudio apparte, ſolamente per fiſſare le complete deſcrizioni, e le note diſtintive di ciaſcuna ſpecie delle piante, e d'impor loro i nomi più idonei, ſicchè niuna poteſſe mai più coll'altre confonderſi.

ed il Rame circa soldi 14. la libbra di nostro peso, e Moneta. Ma se questa Moneta dell' Agostaro pesava 4. Danari, ed era della medesima bontà del Fiorino d'Oro, che ne pesa 3. come vuole il predetto Borghini, e l'esperienza lo dimostra; come s'accorderà quello dicono il Malespina, ed il Villani, che l'uno di essi valesse un Fiorin' d'Oro, e un' quarto, e non piuttosto un' terzo? Il Borghini crede, che questo quarto si possa riferire al quarto del medesimo Agostaro, o se pure fosse del Fiorino d'Oro, che l'Agostaro medesimo potesse essere in quel tempo alquanto scaduto, o di bontà, o di peso. Ma perchè non ferma l'opinione, dirò tanto più francamente, che l'Agostaro sia veramente stato sempre del medesimo peso di 4. danari, e di bontà, alla pari del Fiorin' d'Oro, ma che la differenza vi era dal quarto al terzo, di un' soldo, e 8. che si considerava, meno l'Agostaro a ragguaglio del Fiorin d'Oro, non dependesse da altro, che dal essere questo tanto più gradito di quello, che a suo confronto era valutato meno quello un soldo, e 8., o sia la dodicesima parte, di quello era veramente il suo valore. E che ciò sia il vero si riconosce da quanto dice il medesimo Borghini, che fu tanto il

cor-

corso, che ebbe da per tutto questa nuova Moneta del Fiorin d' Oro, che in fine l' Agostaro restò da essa affatto estinto.

Se dunque l' Auro, Moneta usata da' Romani, avanti l' Agostaro, era del medesimo peso di 4. Danari, anzi la medesima Moneta, e che solo aveva mutato nome, non poteva essere l' istessa del Nummo d' Oro, del quale fa menzione Livio, perchè il nostro Nardi dice, che questo Nummo pesava sei Danari, e si ragguagliava un Doppione Fiorentino, che sono 2. Fiorini d' Oro, e secondo la regola che egli medesimo ne prescrive, valeva 20. Danari d' Argento, che sono 80. Sesterzi piccoli; ed io veramente credo, che queste Monete d' Oro fussero tutte dell' istessa bontà, ma di diversi pesi, e minori, e maggiori, e che il dir d' allora, o *Nummis Aureis*, o *Auri* assolutamente, sia il medesimo che dire in oggi Moneta d' Oro, o Doble, sotto li quali nomi, si comprende, non solamente le Doble, Dobloni, e Zecchini, ma ancora gli altri Ori coniati, ed il Baronio riferendo, quello che dice Didone, del tributo, che impose Augusto, per rifare l' Imperial Palazzo, che era incendiato, fa più valida questa opinione, mentre afferma, che l' Auro valeva 25. Danari d' Argento, che so-

no 100. Sesterzi piccoli, e secondo questa valuta pesava Danari, o sia Scrupoli 7. $\frac{1}{2}$, e pare, che questo peso venga confermato dal fatto medesimo, avendo io veduto una di queste Monete d'Oro perfettissimo, come il Zecchino Gigliato, del tempo di Tiberio, che pesa quasi 7. Danari, e non è gran fatto, che il mezzo sia stato consumato nel corso di circa mille 680. anni, ed un'altra di Nerone in tutto simile di fattura, bontà, grandezza, e grossezza, ma che pesa alcuni grani meno, non perchè sia stata battuta di minor peso, ma per la mancanza vi si vede di qualche particella. Nè si dica, come da alcuni è stato creduto, che questi ori, o altri simili siano Medaglie, e non Monete correnti per averle forse osservate di bellissima fattura, ed impronta; perchè il Baronio ne' suoi Annali fa conoscere chiaramente quali siano le Medaglie, delle quali parlando con l'autorità di Erodiano dice ,, ; che ,, certe Monete grandi erano differenti dall'Usuali, ma quell'istesse, ,, che si battevano al piacere del Principe per donare a diverse Persone il ,, primo di Gennajo, come si costuma ,, anco in oggi tra i Cristiani di dar le ,, mancie in quel medesimo giorno, o

per

per Natale; e di queste Monete grandi, che sono le vere Medaglie, ognun sà, che se ne vedono di molte, massime per le Gallerie, e Musei di Personaggi, che gustano di questo studio, e quasi tutte sono di Bronzo, che sono anco le più stimate, e da una parte vi si vede scolpita la testa d'uno degl' Imperadori, e dall'altra vi sono effigiate impronte, e geroglifici tutte differenti l'une dalle altre, che esprimono alcuna delle azioni del medesimo Imperadore, come si può ancora osservare nelle Stampe, che di esse sono sparse per i Libri del medesimo Baronio, e da lui ottimamente spiegate; dove che in queste Monete piccole, ho osservato, che tanto quella di Nerone, che l'altra di Tiberio anno da una parte la Testa del Principe, e dall'altra la medesima figurina d'un Giove, o altra loro Deità, che sia a sedere, che denota chiaramente essere l'una, e l'altra l'istessa Moneta, come appunto si vede nelle nostre Piastre, che da una parte è scolpita l'effigie del Gran Duca Dominante, e dall'altra vi è sempre il S Gio: Battista. Si che non vi è dubbio, che anco questi Ori fussero Monete correnti, ed usuali, e la differenza che abbiamo osservata del peso, non varia il fatto, perchè la sustanza è, che ogni Dram-

S 6 ma

ma di essi si deve ragguagliare di valuta 10. Danari d'Argento antichi Romani; e poco meno si può calculare la Dramma Attica, che è peso, e Moneta usata dagli antichi Greci, che constava di sei Oboli, ed ognuno di questi ridotti alla valuta della Moneta di Francia si considera 7. Denarioli Turonensi; e questi, secondo l'autorità del Nardi di sopracitato, sarebbero 7. de' nostri quattrini. Ma il Tarcagnotta, narrando, che Lisandro Spartano, alle larghe offerte fattegli da Ciro Re di Persia, richiese che aggiungesse un solo Obolo di stipendio a i soldati dell'Armate, dice che questa Moneta si valutava circa 4. quattrini (quali non intendo siano de' moderni, ora correnti, ma degli Antichi, che erano di molto maggior peso) e che veramente quest' Obolo fosse di poca valuta, si ricava ancora dalla vita del non meno arguto, che naturale, e morale Filosofo Esopo Frigio, dove si narra, che il Mercante dopo averlo comprato da Zena per 3. Oboli, disse, *nihil expendi*, & *nihil emi*, esprimendo con il primo la miseria della valuta di quella Moneta, e con il secondo la poca, anzi niuna stima faceva di quel così brutto Omicciatolo, che aveva comprato; ed il Baronio osserva particolarmente altre due sorte d'Oboli più

mo-

moderni chiamati anco *Folli*, che secondo Lampridio era Moneta di Rame, e dice, che quelli menzionati da S. Epifanio contenessero la valuta dell' ottantesima parte d'un' Oncia d'Argento, che viene ad essere Grani 7. e un' Quinto, e l'altra da Svida, che vuole, che 210. di essi facciano una Stadere d'Oro, che come abbiamo visto sono 4. Dramme, o sia mezza Oncia, che vengono a ragguagliare Grani uno, e un terzo in circa per ciascuno. E che fossero veramente di poca valuta lo prova con un rescritto, o sia Legge di Giuliano Apostata, con il quale ordinò che nessuno vendesse la Carne di porco più di 6. Folli la libbra.

Ma torniamo di dove ci dipartimmo, e da quanto sin colà abbiamo divisato, siamo venuti in cognizione, che il Danaro d'Argento Moneta antica Romana pesava tre Scrupoli, e valeva 4. Sesterzi piccoli, e che un Nummo d'Oro valeva 100. de' medesimi Sesterzi, e 10. Nummi un' Sesterzio Grosso, o vogliamo dire, per accordare ogni Testo, che una Dramma di Oro fino coniato di bontà come era l'Auro, ed il Nummo d'Oro valeva 10. Danari d'Argento, che sono 40. Sesterzi piccoli, ci conviene ora osservare, qual sia stata la Moneta si usava anti-

anticamente in Firenze, e come fosse simile alla Romana.

Il Popolo Fiorentino, riconoscendo, e pregiandosi d'avere la sua origine dal Romano Sangue, si è sempre sforzato d'imitare in ogni azione i suoi gloriosi Progenitori. Testimonio di ciò ne sono le memorie, ed i vestigi, che ancora vivono degli antichi Pubblici Edificii fatti ad imitazione di quelli tanto ammirabili di Roma, come al riferire di Leonardo Aretino, ne fa onorata memoria Marco Tullio, chiamando ancora i Fiorentini ottimi, e fortissimi Cittadini Romani, ma che finalmente per le loro eccessive spese non solo nelle fabbriche, ma anco nel vivere; secondo la grandezza in che allora era venuta Roma, si lasciarono talmente sopraffare da debiti, che bisognò poi si riformassero in tutto, e si accomodassero a praticare la medesima sobrietà, e parsimonia, nella quale lungo tempo vissero i più antichi Romani.

Se dunque quei nostri primi Padri vollero con tanto loro sconcerto imitare la grandezza Romana nell' adornare di fabbriche la loro nuova Patria, tanto più facile è da credere, che per dar regola al vivere civile, e misura a i loro traffichi, imitassero quelle

le medesime cose, che usava Roma, come fino dal principio del mio discorso abiamo osservato de' pesi; vediamo adesso la similitudine, ed egualità che vi sia nelle Monete.

Non è punto da dubitare, che Firenze ne suoi principj usasse la Moneta Romana, che era comune a tutta Italia; e la Moneta propria, secondo il Borghini, pare cominciassero a batterne intorno all'anno Mille di nostra salute, e che fusse di Rame, e li chiamassero Fiorini assolutamente, o Fiorini piccioli, e tanto di minor valuta dell'Asse Romano, che uno di questi mi credo equivalesse a 4. anzi a 16. di quelli; poichè prima del 1332. in Firenze non vi fu altra Moneta nera, che questi piccioli, de' quali tuttavia se ne vedono alcuni, e forse sono di quelli, con i quali annualmente sono pagati alla Badìa certi tributi, o Livelli antichissimi; e nel suddetto anno fu per la prima volta battuto in Firenze i Quattrini Neri, e valsero l'uno 4. de' suddetti piccioli allora correnti. E sicome i Romani amarono di mantenere sempre il nome d'Asse e di Sesterzio, così i nostri Antichi, si affezzionarono tanto a questo nome di Fiorino, che con il medesimo vollero chiamare non solo tutte le loro Monete effet-

effettive, ma anco l' immaginarie, e le forestiere, cosa, che di poi ha causato non piccola confusione, e difficultà a ritrovare il loro vero valore. Ma dove che i Romani, per l' ampiezza del loro Dominio dando regola alla maggior parte del Mondo, le loro Monete, che da per tutto erano conosciute, e ricevute, conservarono facilmente il medesimo nome, e valuta; all' incontro i Fiorentini ristretti, e circondati in quel tempo da tanti altri Popoli, e Repubbliche, ciascheduna delle quali aveva Moneta propria, loro convenne per la necessità del Commercio ammetterne nella loro di divese sorte inferiori alla nostra, fino a tanto che venuta ancora la Repubblica Fiorentina in aumento di ricchezze, ed allargato il suo Dominio, batterono l' anno 1252. dopo la Vittoria avuta contro i Senesi a Montalcino, il Fiorin d' Oro Moneta perfettissima, e tanto gradita, che fu accettata, ed ebbe corso non solo per tutta Europa, ma ancora per la maggior parte del Mondo, a segno che estinse tutte l' altre Monete d' Oro, ed a questa sola restò il nome di Fiorino, e con essa solamente si contrattava, e si faceva i Negozj in Firenze.

Avanti si battesse questa bella, e buona Moneta del Fiorino d' Oro, vi era in

Firenze Moneta d'Argento di 12. Danari, come dice seccamente il Malespina; onde non è certo, se questi 12. Danari era il peso, o pure la valuta; ma da quanto ne ha lasciato scritto il Villani si riconosce, che era la valuta; e dal Borghini si ricava, che questa Moneta era il Danaro d'Argento, cioè la dodicesima parte del soldo, e gli chiamano questi ancora Fiorini piccoli.

Il medesimo Borghino fa menzione di un'altra Moneta detta da lui *Battezzone*, che comunemente si diceva *Battesimo*, e si chiamò anco *Barile* d'Argento, o *Gabellotto*; Ma nel libro della Zecca non si trova notato la sua prima origine, e battitura; ma in una Legge pubblicata l'anno 1531. si vede, che in quel tempo pesava Danari 2. grani 22., e valeva soldi 13., e Danari 4., e perchè questa Legge dice, che il detto peso del Barile d'Argento era conforme l'ultima battitura fatta di tal Moneta, non ha dubbio, che la prima volta la coniarono sarà stata di maggior peso, e mi giova credere di tre Danari, tanto più che da una altra Legge del 1534. si vede che lo scemarono altri 2. grani.

Il Fiorin' d'Oro pesava tre Danari, che è la Dramma appunto, come narra il Villani, o sia che ne andasse 8. all'

On-

Oncia, come dice il Malespina, ed era di lega perfettissima, cioè di 24. Carati come consta in fatto.

Che questo nostro Oro fusse simile nella bontà al Romano, non solo i nostri Autori ce lo dicono, ma l'esperienza medesima ce n'assicura.

Delle nostre Monete, che fin quì abbiamo riscontrato, si vede, che tanto la prima di rame, che l'altra de' piccoli Fiorini, o sia Danari d'Argento furono fatte quella ad imitazione dell'Asse, o più tosto del Quadrante, e questa del Sesterzio Romano, ma il Battesimo, o sia Barile d'Argento, e dal peso, e dalla valuta si riconosce tanto simile al Danaro d'Argento Romano antico, che oltre all'autorità del Nardi, la sopraddetta Legge, ed altre ce lo confermano, e la differenza che vi è dall'uno all'altro consiste, che dove 10. di questi Danari d'Argento antichi Romani, misurano una Dramma d'Oro coniato, per misurare la medesima Dramma con la Moneta del Battesimo, o sia Barile d'Argento, ce ne vuole 10. $\frac{1}{2}$, e questo succede, perchè la Moneta antica Romana era di puro Argento, sicome anco la nostra, ma per difenderla al possibile dalla rapacità de vicini, che la struggevano, l'an-

l'anno 1300. fu allegato con mezza oncia per libbra di Rame, e così senza alcuna alterazione è poi stata sempre mantenuta, e si conserva.

Per stringere adesso il mio assunto dico, che resta chiaramente provato, che i pesi si usano, e si sono sempre usati in Firenze essere i medesimi degli antichi Romani; che il nostro Fiorin d'Oro sia della medesima bontà, e finezza del *Nummus Aureus*, e dell' *Agostaro*; e che una Dramma di Moneta d'Oro antica Romana valeva 40. Sesterzi piccoli, e 25. Dramme un Sesterzio grosso; dunque siamo certi, che questo medesimo Sesterzio grosso vale 25. de' nostri Fiorini d'Oro, come dice il Nardi, e conferma il Borghino, perchè 25. de' detti Fiorini pesano appunto 25. Dramme.

Se poi si volesse misurare questo Sesterzio grosso con la suddetta nostra Moneta d'Argento, che si chiamò Battesimo, o Barile troveremo, che valerà 24. Fiorini, o un quinto di meno per la ragione, che poco avanti si è detta, la quale opera, che quel tanto aveva in sè manco d'intrinseco valore il nostro Barile d'Argento del Danaro Romano, che era d'Argento puro, conviene conguagliarlo, con il maggior numero.

Si

Si può anco misurare il medesimo Sesterzio con la nostra Moneta del Grosso, considerandolo il peso gli viene assegnato dalla legge del 1531. di Danari 1. grani 14. secondo il quale 20. Grossi pesavano Danari 31. grani 16. e valevano un Ducato, che era il medesimo che dire un Fiorin d'Oro, e ridotti a fine tornano circa danari 30. e un terzo d'Argento puro, che conguaglia, o piuttosto vantaggia 10. Danari antichi Romani, tanto che a questo ragguaglio il Sesterzio grosso, valerebbe qual cosa più che meno di 25. Fiorini d'Oro.

Sono finalmente così valide le riprove, con le quali resta confermata la valutazione, che assegna il Nardi alla Moneta Romana dell'antico Sesterzio a ragione di 25. Fiorini d'Oro in circa, che non è così facile revocare in dubbio che la spesa della Cena, diede L. Lucullo a Cicerone, e Pompeo in Apolline ridotta alla nostra Moneta, che corre in oggi, ascenda a Ducati 8570. in circa di Lire 7. per ducato, che tanto importano 5000. Fiorini d'Oro valuta de 200. Sesterzi a Lire 12. per Fiorino, e sebbene il sopracitato Porcacchi fermando questa medesima valuta mi fa un grand'animo con dire, che la materia non ha più dub-

bio

bio per essere stata ben discussa da molti giudiziosi Intelletti, con tutto ciò non presumo tanto in me, che ardissi arrogarmi aver pienamente soddisfatto al desiderio teneva il Borghino di vedere una volta fermata la valuta di questo Sesterzio, per potere con più sicurezza venire in cognizione di quelle grandi spese, che facevano i Romani; voglio bene sperare, che sarò di stimolo a penna di maggior volo di ridurre l' opera a perfezione.

Ci resta ora da considerare qual fusse anticamente la valuta di questo nostro Fiorino d' Oro (benchè poco avanti si sia di passaggio in parte accennata), per riconoscere poi la differenza vi è da quella corre di presente.

Avanti uscisse dalla Zecca di Firenze, questa tanto buona, e gradita Moneta del Fiorin d' Oro, si facevano tutt' i conti, e si tenevano le Scritture a libbre, che poi con qualche variazione si cominciò a dir lire, e anco allora si dividevano in soldi 20. e il soldo in 12. Danari, e si continuò poi lungo tempo a tenerli nel medesimo modo, ed io ho osservato in de' Libri antichi, ed anco in alcuni de' più moderni, che il segno della Moneta era ℔: significante propria-

priamente libbre, e non questo ℥; o quest'altro :f,: che facciamo ora che significa lire.

Se questa libbra, o lira sia stata Moneta effettiva, o vero immaginaria, non lo voglio accertare; dico bene, che non poteva essere quella Moneta di 12. Danari, della quale fa menzione il Malespina, ed il Villani, perchè essendo, come vedremo, questa libbra, o lira della medesima valuta del Fiorin d'Oro, il peso saria stato molto maggiore, onde mi confermo nel credere, che fusse, come ho detto, un Danaro, o sia picciolo d'Argento, che valeva 12. piccioli neri, cioè la dodicesima parte di quella Moneta, che il Borghino chiama Fiorini di 12. Danari d'Argento, de' quali volle anco dirci qualche cosa più particolare, ma, o gli restò nella penna, o lo Stampatore ha lasciato di finire di copiare dal Testo quel periodo, come si vede a c. 233. nel fine della faccia; ma non di meno si riconosce, che questo Fiorino di 12. Danari d'Argento era la ventesima parte della libbra, o lira, che si chiamò Soldo, e poi Grosso a differenza de' Danari, o sia piccioli d'Argento, che cominciarono a chiamarli Soldini; 12. de' quali Danari, o Soldini facevano

no il Grosso, e 20. Grossi, o sia Soldi la libbra, o lira, la quale credo, che veramente fusse immaginaria, perchè il medesimo Borghino lungamente discorrendo della qualità, ed accidenti di questo Grosso, e del Danaro, che sono le sue suddivisioni, e particolarmente dove dice che 20. Soldi, o vogliamo dire 20. Fiorini d'Argento i medesimi rispondano nel peso (che è errore di stampa, e deve dire valuta) 23. Danari d'Oro, che è la Dramma appunto; ma della libbra, o lira non ne fa altra menzione, se non che serviva per la scrittura, che se fusse stata effettiva, non l'avrebbe taciuta; perchè, come Madre di tutte l'altre era tanto più considerabile, e nella Legge del 1531. dove sono descritti i pesi, e le valute di diverse Monete, e particolarmente de' suddetti Grossi, di questa libbra, o lira non se ne fa menzione alcuna. Ma sia come si vuole, certa cosa è, che tanto valeva questa nostra libbra antica, quanto il Fiorin d'Oro, ed i nostri Autori ne portano esempj così certi, che non è punto da dubitarne.

Ma perchè non si trova, nè di questa libbra, nè delle sue suddivisioni il peso antico, piglieremo il medesimo, che si può cavare da quello ci dice la pre-

predetta legge, considerandolo, che fosse Danari 31. e $\frac{2}{3}$ d'Argento *Popolino* (così detto quello che batteva, e sempre ha battuta la Zecca Fiorentina a 11. $\frac{1}{2}$) e che questi Danari 31. e $\frac{2}{3}$ di detto Argento valesse lire 7. di piccioli, che venivano a pesare Danari 4. grani 12. $\frac{1}{}$ per ciascuna, e che questa fusse la valuta del Fiorin d'Oro avanti detta legge; per la quale fu ordinato, che il medesimo Fiorin d'Oro in essa nominato ducato d'Oro, valesse in futuro lire 7. e 10. soldi.

Le variazioni possano essere seguite di poi fino all'anno 1645. io non l'ho trovate; ma in quest'anno fu per nuova provisione ordinato, che nessuno Oro facesse pagamento, eccetuato il Zecchin Gigliato per lire 10. e soldi 4. come correva prima. Pochi anni a dietro valeva lire 12. di presente arriva a 13. avvertendo però, che le lire d'oggi, se se ne battessero di nuovo, bisognerebbe farle circa un Danaro meno del peso, che si sono considerate le prime.

L'Oro cominciò a mancare l'anno

1563.

1563. nel quale per una nuova Legge, che fin ad ora si osserva, fu ordinato, che nella nostra piazza di Firenze, stante la penuria universale degli Scudi d' Oro, si potessero pagare le lettere di cambio in Moneta d' Argento Ducale, che non fusse di minor valuta del Giulio, o Barile d' Argento, che per avanti non faceva pagamento altra Moneta, che d' Oro; e l' esser tanto cresciuto di prezzo questo Metallo, depende non solo perchè alza sempre più quello delle paste, e pani d' Argento, a segno che dove le prime piastre Fiorentine, che si trova esserne stato fatto memoria nel libro della Zecca, furono battute di peso Danari 28. in circa, adesso non si può farle ne meno di 26. e $\frac{2}{5}$ come sono state l' ultime coniate; ed inoltre dalla gran mancanza vi è del Oro medesimo, per essere tanto perseguitato, e distrutto da lusso smoderato, che regna per tutto il Mondo; e credo ancora vi concorra l' abbondanza grande d' ogni genere di cose superiori al consumo; e che quello si sparge in oggi per il Mondo medesimo, sia dalla natura del traffico tirato tutto nel fondo del Levante, di dove mai ne viene, e tutte le Mercanzie, che si cavano di là in gran quantità si traggano a forza d' O-

ro, che per averle conviene mandarvelo effettivo. E questa opinione viene maggiormente accreditata dal Padre Filippo della SS. Trinità, che fu Generale de' Carmelitani Scalzi, ne' suoi viaggi Orientali, dove trattando il Commercio, che anno i Portoghesi nell' Oriente, e descrivendo la bellezza, e vastità di quei grossissimi Vascelli che ogni anno da Lisbona vanno in Goa, dice; che oltre alle provisioni da bocca, poco altro vi portano, che Vino, Olio, e Olive per vendere nell' Indie, ma che il carico più essenziale consiste nel Danaro contante necessario per comprarvi le Mercanzie del Paese; e nella relazione che fa del floridissimo, e ricchissimo Imperio del Gran Mogol, afferma, che mai fuori di quello non si porta Danaro di sorte alcuna; ond' è, che la Moneta non vi si fa di puro Oro, o Argento, ma di certo metallo mescolato; e per il contrario ve n' è portata grandissima quantità per comprare le molte Mercanzie, delle quali abbonda; e di più aggiunge, che l' entrate annuali di questo Monarca ascendono a cento sessanta sette milioni d' Oro; e in alcune lettere de' Padri della Compagnia di Gesù, che risedevano appresso di questo Imperadore esercitandovi quella missione, si leg-

ge

ge, che i soli presenti gli venivano fatti dai Re, Vice Re, Governatori, e altri Grandi a lui soggetti erano continui, e di valore grandissimo fino ad un' Milione d' Oro per ciascheduno, e pure non si sà, che quei Paesi ne producano, o in poca quantità. E se Bernardo Davanzati tornasse a vivere, oh, come fortemente si troverebbe ingannato della sua opinione, con la quale supponeva, che, mentre fussero durate quelle così ricche navigazioni, l' oro sarebbe tanto avvilito per la sua grand' abbondanza, che sarebbe stato necessario trovar cosa più rara per far Moneta, o pure tornare all' antichissimo costume del baratto; dove ora vedrebbe, che non ostante da sedici, o diciotto Milioni ce ne rimettevano a suo tempo l' Indie Occidentali, abbiano seguitato a mandarcene sempre maggior somma, e sino a quaranta Milioni alla volta, non dimeno ne siamo venuti in tanta penuria, che si rende quasi incredibile, e massime considerandosi, che, sebbene a tempo de Romani non vi era cognizione, che si sappia, nè dell' America, nè delle sue ricchissime miniere, e che la loro grandezza, e magnificenza superasse incomparabilmente la nostra superfluità, ad ogni modo l' Oro appresso di loro si mantenne in tanta

copia, che sino ne' tempi dell' Imperio d' Arcadio, ed Onorio era in un certo modo (secondo riferisce il Baronio) meno stimato dell' Argento. E che sia vero, che il Lusso della grandezza Romana fusse tanto superiore allo sforzo, che si fa in oggi, ce lo mostra la materia di questo discorso, con il quale resta provato, che i dugento Sesterzi spesi da L. Lucullo in un' sol Convito, che non di rado faceva a' suoi amici, e ridotti alla nostra Moneta, ascendono a cinque mila Fiorini d' oro, che ora li chiamiamo Zecchini Gigliati, e questi per ridurli in Moneta d' Argento corrente, potrà il Lattore dargli qual più gli piace delle sopraddette valutazioni, e similmente compatire, e cortesemente correggere quanto ho scritto.

DE

DE AORTICO
ANEURISMATE
SINGULARI
DISSERTATIO
EPISTOLARIS

Ad Clarissimum atque Amplissimum Virum.

J. M. LANCISIUM

Archiatrum Pontificium.

Clariss. atque Amplissimo Viro.

J. M. LANCISIO

Archiatro Pontificio.

CAROLUS RICHA SAL.

Meditanti mihi *Vir Illustrissime* quid potissimum, selectumque ex Anatomicis laboribus, quos occurrente hyeme, inter frequentes Cadaverum sectiones in regio *SS. Mauritii, & Lazari nosocomio* assiduè egimus tibi, ceu Litteratorum, Anatomicorumque omnium hac ætate Principi ea, qua par est reverentiâ, atque animi obsequio sisterem; curiosa obtigit nuperrimis hisce diebus maximi aortici aneurysmatis observatio, quam tibi minime displicituram puto, præclarissimum opus, totique literariæ Reipublicæ diu expetitum propediem edituro. Neque enim gratior ulla mihi contingere potuit res, temporisque oportunitati congrua magis, convenensque: Etsi enim probe norim te sedulo multis ab hinc annis in hac re elucidanda incubuisse, tum uberrimam tibi hususmodi observationum se-

getem ex remotioribus undequaque regionibus congeftam contigiffe, hanc tamen inter rariores referendam prorfus crediderim, five immanem arteriæ expanfionem, quantam forte nunquam vifam confideres, five ipfius dignitatem, arteriæ magnæ nimirum, atque a corde illico afcendentis expendas. Ne tamen diutius tecum agere videar *Vir Ampliſſime*, quæ celeri calamo tibi adnotanda, quaeve ad integram obfervationis fidem facere videntur brevi perftringam.

Vir quadraginta quinque annorum circiter, habitus gracilis, hebetifque fibræ, laboriofæ refpirationi fere ab ipfis incunabulis obnoxius, omnique liberioris vitæ genere miles emeritus, cum duodeviginti ab hinc annis equo infidens extra Urbis pomœria laxatis habenis lætus contenderet, in foveam peramplam incidit, e qua una cum fuperincumbente equo evadere totis viribus enitens, ab interiori, ac prominenti ephippii malleolo, tum ab iterata ferocientis equi fuccuffione validiffimas percuffiones paffus eft. Cum enatus repente vehementiffimus dolor in media fterni parte, fere in pectoris centro, accedens infuper motus pulfativus ejufdem partis, valde fenfibilis animi defectus, tum impedita admodum

dum respiratio quidpiam in Thorace mali, funestique ominis portendere visa est. Quibus tamen pauci habitis, ac brevi aliquot dierum spatio evanescentibus sola superstite pulsatione, quæ sepulta etiam quodammodo, ac profunda omnino videbatur adusque claviculam propagata, ad consuetum iterum, ac liberum prorsus vivendi morem reversus est; Nec diu tamen. Cum anno vix dum elapso post vehementes dolores modo ad scapulam, claviculamque, ac finitimas hisce appositas partes recurrentes, tum adauctam maxime respirandi difficultatem, ac lassitudines ulcerosas in partibus musculosis ad motus impotentiam inducentes, tumor apparuit in dextra pectoris parte supra claviculam, in quo manifesta percipiebatur pulsatio; etsi debilis adeo, & lenta prorsus, fabæ majoris primo, mox ovi magnitudinem adæquans, cuti concolor, & tactu cedens. Laboriosam exinde vitam transegit miser, majori in dies, ac molestiori ingravescente morbo, quousque tandem emaciato penitus corpore, pulsuque langui-do, ac inerti, gravissimis curis, tum frequentibus animi deliquiis, & vagis ventris doloribus conflictatus nec in latera, neque in dorsum cubare potens, ægreque trahens anhelitum cum præ-

cedenti suum interitum vesperi cœnam avide magis ingurgitasset, mane 21. exeuntis mensis repertus est mortuus.

Dissecto Cadavere nihil in imo ventre repertum a naturalis œconomiæ legibus recedens, præterquam sanguine depleta vasa, absumptumque veluti Epiploon; Morborum vero, tum velocis adeo interitus sedes apparuit potissimum in Thorace, quo reserato, elevatoque sterno horrendum oculis Adstantium spectaculum exhibuit Aorta a sinistro cordis thalamo adusque claviculam, qua segmentum conficit enormiter adeo dilatata, ut grandiusculum infantis recens nati caput facile admisisset, tamque grumoso plena sanguine, ut nihil fluidi amplius capere posse videretur; Densa insuper, crassa, & cartilaginea veluti tunica tota sui expansione obvoluta; Interius inæqualibus cavernulis aspera, tum polypeo repagulo obsessa undique, ac tecta in multiplices laminas ac folia distracto. Tumor ipse extra prominens eadem polypea substantia refertus videbatur. Suprema sterni pars, qua tumor eruperat, carie velut exesa aderat, gemino insculpto sinu, disrupta superiori costa claviculæ obvia, incurvata altera, inflexaque. Cordis moles, substantia, color alienum nihil referebat,

co-

eodem aperto, effuso, atque in grumos converso sanguine repletus sinister illius ventriculus apparuit, dextro etiam duplo amplior, idemque exiguis polypis scatens, prædurisve. Semilunares valvulæ ad aortæ caudicem sitæ, tum coronariæ arteriæ statim extra valvulas apparentes peramplæ admodum occurrebant;Pulchrum erat rotunda quædam corpuscula in medio valvularum limbo posita, fibrisque tendineis firmata contemplari per valvularum aream rete curiosum efformantibus, tum arteriarum coronariarum oscula ad latera laudatarum valvularum hiantia, quod quidem in Boum cordibus olim clarissimo, ac utriusque nostrum Amicissimo *Morgagno* visum, perspectumque. Siniiter pulmonis lobus durior repertus fuit, densiorisque consistentiæ ex increscente substantia vere carnosa; Nulla in altero labes præterquam pulmonalis venæ truncum ab illo profectum expansum magis, ac peramplum, quod in descendenti aortæ trunco, æque ac in ascendentibus cœteris cervicalibus subclaviis compertum.

Eaque est *Vir Illustrissime* monstrosi adeo aortici aneurysmatis sincere tradita historia. παράδοξον vere quis dixerit, si vel oculis fidem facientibus, tum cele-

brioribus in arte Principibus Viris *Anglefio*, *Fantono*, *Cicognino*, tum *Parenti meo* venerando, ac præftantiffimis in re chirurgica Præceptoribus *Venere*, *Verna*, *Deroy*, alijfque non paucis, quibus idipfum e cadavere exemptum contemplandum obtuli, authoritatis quidpiam abrogare velit, ac defraudare. Aderat & ipfe doctiffimus, omnique eruditionis genere præclariffimus Vir *Bernardus Andreas Lama* tui, ac noftri amantiffimus, Regius linguæ græcæ in hac Taurinenfi Univerfitais Anteceffor, Anatomicarum rerum haud ipfe ignarus; cujus jucunda confuetudine, ac folidiori doctrina perfrui licet aliquando.

Modo reliquum eft conceptam mente exaratæ ægritudinis idæam, tum fubfequentium inde fymptomatum Theoriam paucis exponere; ne unum quidem verbum dicturus de ortu, ac difcriminibus aneuryfmatum, quam tibi unice fpartam commendatam relinquo. Neque enim fas eft dum tui unius ab ore, ceu ab Apollineo oraculo tota pendet Literatorum Refpublica, mihi rudis Minervæ viro tenuitatis meæ confcio invifum facculis myfterium penetrare. Scio quidquid de hac re fufim hactenus fcripfere veteres, tum recentiores. Neque ignotum mihi eft quam longe a fcopo aberraverint. Quam glo-

rio-

rio sum tibi, praeclarumque erit eorundem commenta explodere, tuamque hypothesim solidissimis ratiociniis, tum observationibus confirmatam in medium proferre; Dum igitur sub te uno Judice lis est, sat erit mihi ea dumtaxat expendere, quae ad rem meam faciunt, quaeque satis luminis accendent, ut claras funestae hujus aegritudinis rationes videre quilibet possit.

Ne vero prolixior nimis, neve brevior, quam par sit tibi fortasse videar, *Vir amplissime*, duo mihi ante omnia, quippequae admodum probabilia adversam valetudinem praecessere, attingenda sunt; alterum nativum respirationis vitium, cujus postmodum latentem caussam novimus in carnosa alterius pulmonis parenchymate, accedens alterum, atque adventitium, violenta nimirum super incumbentis equi succussio haud exigua aortae jactura, qua enervatis illa fibris impellentibus, paulo etiam forte debilioribus, receptum a corde cruorem omnem in proxima adstantia vasa expellere, atque elutriare nequiverit. Ego quidem attrocissimi hujus mali patentem caussam, etsi ab externis rebus peti quodammodo queat, magna quidem ex parte nativo pulmonis vitio referendam puto. Cum enim totus, qui a laevo

cor-

cordis ventriculo in arteriam magnam protruditur cruor per pulmonalem venam in eundem cordis finum traducatur neceffe fit, facile concipere quifpiam poteft fanguinis maffam, quæ a pneumonico prælo ad motum agi, atque commifceri intime debuit, eodem laborante recte commifceri amplius haud poffe, tum lento prorfus pede progreffuram, hinc concrefcentem fanguinem inertem, ac fegnem admodum ab aorta excipi ægro propemodum corde, tum ab adaucta in ampliori gurgite fanguinis remora, eoque ad partes delato nondum bene ab utroque, embolo maximo cordis, ac pulmonis acto, erodentem paffim faniem in viro alioquin ob liberam vivendi rationem alienis ichoribus referto, emitti, hinc fpafmodice veluti convelli vafa, futuri incrementum aneuryfmatis.

Neque vero hic animus eft longius profequi rationes tardioris liquidi in ampliori alveo motus. Etenim fatis ex hydrometricis innotefcit, fectiones inæquales vaforum per quæ fluida moventur, eorumdem fluidorum velocitatibus effe reciprocas. Ex quo equidem planum fit fi quodpiam vas liquidum deferens duplo majus occurrat, aut triplo; duplo proinde, aut triplo tardiorem inferri liquidi motum, ficque cum

nec

nec solum arteria magna enormiter dilatata, sed & vena ipsa pulmonalis duplo major, tum lævos cordis sinus altero longe amplior detectus fuerit, conspicuum est quam lente ibidem protrudi debuerit sanguis, tardiori insuper motu progressurus in aorta ob ampliorem ejusdem diametrum monstrose adeo dilatata.

Ecquid autem expectandum aderat a præpedito hocce liquidi motu, nisi præternaturales passim erodentium ichorum congestiones; vel in remotioribus a corde vasis, utpote a motus centro maxime dissitis enatæ: hinc exarata superius spasmodica veluti arteriarum proritatio, quæ in majoribus deinde, aut summis vasis desineret? Id ipsum maxime in aneurysmatibus præcipue, quæ circa præcordia contingunt indicare visus es *Vir Illustrissime* in eruditissimo, ac vere aureo *de subitaneis mortibus* libro, observ. Phisico-anat. V. in schol. §. 2. neque alia mihi hactenus congrua magis visa est, explicandisque phœnomenis aptior hypothesis.

Enim vero non uno, aut altero temporis momento hujusmodi aneurysmate evadere; sed successive, ac lento admodum pede videmus, quousque scilicet inchoata in minoribus vasis spasmodi-

modica veluti proritatio, eadem ipsa in corde postremo, aut summis vasis determinetur. Forte etiam serius, nec repente adeo subsecutum foret magnum hocce aorticum aneurysma, idque vel alio quocumque in loco magis a corde dissito, si violenta equi percussio occasionem minime dedisset, quod in ea potissimum parte enata dudum in arterijs spasmodica affectio postremo tandem determinaretur. Cui etiam forte accessit debilior aortae textura, quæ sane res hominibus præ cœteris animalibus haud raro contingit.

Quod autem adeo dilatari, tamque immane prorsus in conceptaculum evadere potuerit arteria mirari minime subit, si quis fibrarum, quibus ipsa componitur directionem, ac robur æqua mentis statice expenderit. Neque enim illam longitudinalibus, ac circularibus fibris contextam, qualis antiquioribus inter Neotericos visa est nobis effingimus, quarum beneficio contrahi illa queat, uno verbo systaltice reflecti. Satius lubet illas veluti spiræ in modum cocleatim delineatas concipere, sicque inceptam ab dato puncto trepidationem ad datum alterum usque systaltica vasorum reflexione propagatam ex evidenti moechanismo, vel a simplici fibra spirali eruere. Quid ineptum

ptum magis, absurdumque diversas adeo fibras excogitare , ceu unam alteri contranitentem , seu antagonistam , (quo vel uno titulo hæc ipsa hypothesis in suum aliquando chaos reversura erat) ubi id totum ab unius spiralis fibræ strato super alterum ducto deduci aptius potest ? Ex quo equidem fibrarum systemate colligere fas est ex dato fibrarum spasmo ad aortam usque propagato, ibique tandem determinato easdem fibras, si quæ semel ab innato earumdem elatere recedere cogerentur majorem subinde rectitudinem acquisituras, nec contranitentes amplius ampliorem comparaturas irruenti liquido sedem , quousque expansis tunicis aneurysmaticus folliculus emergat, eo majus ille suscepturus incrementum, quo major ibidem arteria est , fibræque illius spirales majori angulorum apertione prolatæ ; hinc incepta semel ad ipsum aortæ caudicem aneurismatici sinus expansio adusque ejusdem segmentum producta tandem , jam ad ipsum quoque descendentem aortæ truncum propagari cœperat ob continuitatem fibræ , si quas inducias ultro tulisset atrocissimi morbi sævities.

Rursus ex data hujusmodi fibrarum expansione subsequi necessario debuit ipsarum pariter tunicarum dilatatio , qua-

quarum altera amplior, ac rugosa magis in cavernulas subinde, ac diverticula passim, ceu rugas efformata totidem præbuit lente percurrenti liquido obices, quibus prolixiorem ibidem moram faceret, nisumque inferret cordi, ex quo equidem polyposas concretiones, præfocationem, animique deliquia, ac mortem ipsam tandem subijsse fatendum est.

Nec conceptu quidem difficile videtur crassissimas adeo concretiones in magno hocce canali arterioso efformatas fuisse. Etsi enim rarum illud profecto sit in magno prorsus canali, in quem sanguis vehementer a corde propellitur polyposas generationes reperiri, si tamen aneurismatis ratio habeatur facili negotio concipiet quispiam, quomodo hujusmodi concretiones produci quiverint. Neque enim illas aneurysmati prævias adverto, sed postquam aneurysma præcessit ortum duxisse arbitror aneurismati succedaneas. Polypeam siquidem substantiam, si exiguos quosdam polypos in sinistro cordis ventriculo repertos excipias ad latera aneurysmatis cohærentem adnotat historia, cujus generatio minime est intellectu difficilis.

Sicuti enim recepto in laero cordis thalamo cruore ibique diutius, quam

par

par est retento a remorante ibidem liquido polyporum, qui in corde reperti sunt deducenda est efformatio. Quis non videt concretiones pariter eoque facilius efformari debuisse in aneurysmatico folliculo, quod tantæ in eo ipso sint multiplicatæ vires lacertorum, a quibus concutitur exagitaturque in cordis ventriculis sanguis, tum imbecilla maxime vis arteriæ contractilis ob cartilagineas tunicas, callosasve? Sicque sanguinis portio ad contactum veniens parietum, neque repulsa a contractione tunicarum iis cohærens in crassissimas concretiones evadere apta fuit arteriæ fornicem eleganti artificio obvestientes.

Ut autem in aneurysmate, aeque ac in corde ob tardiorem liquidi motum preduci subinde queant polyposæ hujusmodi concretiones, planum equidem concipere erit siquis decurrentes in flumine aquas sibi ante oculos effinxerit. Ut angusto illæ alveo circumscriptæ præcipiti admodum, ac obstrepenti tramite abripiuntur! Illas modo certo in loco ampliori fluento ripis ab invicem remotioribus inspice delabentes? ut tardiori placidoque motu, *ferocitate deposita*, ceu juxta Regias Valentini ædes huic nostræ Augustæ, proximas *Eridanus*, minus rapide feruntur, ac minori

ri prorsus velocitate ampliati canalis axin percurrunt ! Eoque magis proportionaliter imminuta liquidi celeritate, quo magis enormis est amplitudo, aut latioris alvei inæqualis superficies, aut aspera tantum, aut cavernulis intercepta. Idem prorsus de arterioso canali in aliqua suæ longitudinis parte insigniter expanso fas est dicere. Utque in latiori fluminis alveo quod prius solutum erat in aquis, facilius subsidet cumulaturque, ita in aneurysmate quopiam colligi, coacervarique partes glutinosæ sanguinis possunt, & polyposum repagulum efficere.

Cum vero ex deperdito fibrarum elatere, tum ex adauctis ubique obviis remoris tardiorem in dies motum acquireret liquidum, præfocationes subinde, animique deliquia emersere, funesta quantum! Cum enim aorta omnino turgida impar foret novo excipiendo sanguini in qualibet cordis systole projecto, idem ipse in proximum cordis thalamum refluere, cumularique cogebatur, tum ex adaucta a superveniente in diastole sanguine, illius copia vel eodem ingredi sinum frustra nitente, præfocato veluti corde phœnomena illa omnia inducere, quæ sub angoris, & præfocationis specie proficiscebantur.

At-

Atque ex hac una radice præpediti motus liberi sanguinis, ceu totidem malorum frutices repetenda est nedum ipsa semilunarium valvularum distensio; sed & ipsa quoque coronariarum arteriarum hiantibus orificiis in laudatarum valvularum limbo dilatatio: Etenim cum clare constet ex hydrometricis legibus magnam inesse reverberato liquido energiam junctis simul, ac conspirantibus invicem cunei, ac rectis viribus; tum impedito, vel dimminuto ex communi alveo per alteram fistulam, aquarum gurgite majori copia in proximum quemque canalem lymphas confluere, perspicuum est ex impulso sanguine intra aortam, eoque refluente versus semilunares valvulas, fibrosum earumdem contextum debilitatum tandem paulatim distendi magis, viamque passim apertiorem reserari liquido intra proximas subeuntes coronarias fistulas, adaucta maxime compresso intra angustum tubum sanguini cunei, ac vectis energia, qua validiore nisi quæ semel introierit spatiola deloricare, ac dilatare valuerit. Neque mirum prorsus erit, ut occurrentes reverberato sanguini valvulæ, tum minima adeo coronaria oscula ampliari quidem ac reserari contigerint repulsa sanguinis unda, quæ geminum in superiori sterno

sinum

finum insculpere, alteram costarum dis-rumpere, incurvare alteram, atque in-flectere potens fuit. Adeo ingens, ac valida est distractiva percussionis, ac repercussionis vis ab incomparabili *Galilæo* dimensa olim, tum a præclarissimo *J. A. Borello*, cui antiquior ille facem prætulit ad incudem redacta iterum, & mœchanicis principiis illustrata. Traditam a doctissimo Viro rem numerisque omnibus absolutam pluribus intexendam non immoror; id unum satis conspicuum est quam magnam adeo sit vel exiguæ percussionis vis, quamve ingentes cunei, ac vectis simul consociatæ vires, quæ nec membranosum tantum contextum distrahere, viamque sibi per exigua adeo spatiola reserare, sed & ipsum quoque osseum parietem exedere potuerunt. Eaque tandem omnia improvisa subsecuta mors est, quod scilicet in immensam molem adaucta aorta, obque grandius illud aneurysma incontinua veluti præfocatione subsistens, obsessaque cordis machina, cedere coacta tandem ab omni penitus motu constantissime defecit, vita illico recedente.

Sed ne longius extra scholii cancellos abire videar *Vir Illustrissime* prolixiori nimio epistolæ, quæque tibi altioribus curis implicito haud parum

tædii

tædii allatura erit, finem imperans, hoc unum adhuc a te enixe obsecro, obtestorque, ut siquid in hac attingenda ætiologia veritati minus congruum, aut inconsultum dixisse visus sum, censoria ubicumque videbitur virgula adnotare, meque tui studiosissimum consiliis jugiter tuis dirigere haud dedigneris. Vale *Vir amplissime*, & expectatum adeo opus communi bono depromito. Aug. Taurinorum III. Kal. Aprilis MDCCXVIII.

FINIS.

PRO

PRO MEDICORUM
VIRTUTE
Adverſus Fortunam Medicam
ORATIO,

Quam primam habuit poſt Reditum

IN PATAVINO ATHENÆO

CAROLUS FRANCISCUS
COGROSSIUS

OLIM ALUMNUS,

Nunc Publicus Medicinæ Profeſſor

XIIII. Kal. Februarii
MDCCXXI.

Amplissimis, atque Præstantissimis Senatoribus

JOANNI FRANCISCO MAUROCENO

EQUITI,

FRANCISCO SUPERANTIO

Ed. Divi Marci Procuratori,

PETRO GRIMANO

Equiti, ac Ed. D. Marci Procuratori

CAROLUS FRANCISCUS COGROSSIUS.

QUoties serio mecum reputo, ac mente recolo, insigne illud, ac prope ineffabile beneficium, quo Vos, Viri Principes, me in Veneti Imperii finibus degentem, ac privatis contentum laribus, tam humaniter affecistis: Quoties, inquam, memini, me in Patrio solo Medicinam facientem, atque domesticis plane studiis intentum, a Vobis ad honestissi-

næ Juventutis Inſtitutionem in Sede iſta liberalium Artium accitum eſſe, eo potiſſimum tempore, quo celeberimis Profeſſoribus Athenæum inſtructum eſt; certo certius teſtari non vereor, me quidem beneficii vim ſentire, magnitudinem vero intelligere neutiquam poſſe. Quum enim meæ tenuitatis abunde ſim conſcius, qua unquam ratione fieri potuit, ut tanto muneri ſubeundo impar non modo Exedram aſcendere auſus fuerim, verum etiam ex eadem coram famigeratiſſimis Patavinis ingeniis verba fecerim? Verum, ſi eximia verba illa, quibus me ad hanc provinciam deſtinaviſtis, ac pene cæleſtes litteras, quibus mihi ab Auguſto Senatu Veneto graviſſimum hoc negocium demandatum eſt, perpendamus, tantam illis ineſſe vim ultro fatebimur, ut hominem iiſdem decorare, Profeſſorem non ſit admonere, ſed facere, mirum igitur non erit, me inter cæteros, etſi doctrinæ, ac dicendi copia non polleam, immortalibus tamen Veſtræ liberalitatis monumentis, ac benignitatis illecebris, excitatum, non modo operam auſpicatum eſſe, verum etiam ſumma, qua fieri poterit, diligentia, ac magna animi contentione laboraturum, ut litterarium curriculum emetiri queam. Ubinam,

nam, quæso, gentium Disciplinarum omnium cultus habendus est? Ubinam lectissimæ Juventutis institutio peragenda est, quam ubi, aut ajebat (*a*) Eumenius, *tam propinqua sunt Numina amica doctrinæ?* Quis plane fatuus non intelligat, quam facile hic studia florere debeant, ubi tanta in Amplissimis Litterariis Triumviris viget auctoritas, spectatur humanitas, tanta denique longe, lateque fusa micat sapientia consilii? Quod, si Generis nobilitatem, Avitas, propriasque Virtutes, summas Reipublicæ gubernandæ curas, quibus Vos assidue exerceri, minime autem fatigari contingit, justa admiratione suspicio, mentis amplitudinem, quæ gravissimis negociis literarum amorem jungit, nonnisi venerari fas est. Hisce itaque, aliisque pluribus de nominibus (quæ Vestræ magis modestiæ, quam meo obsequio consulens, vel invitus prætereo) primum litterarii laboris specimen, qualecumque tandem hoc fuerit, Vestris sub auspiciis edere, ac Vestræ magnitudini offerre non pudet. Novi enim, quanta animi comitate non modo Proceres, sed plebem etiam litteratorum excipere consuevistis. Vivite

 diu

(*a*) In Panegyri pro Scholarum Instauratione Cap. 10.

diu Reipublicæ, ac litteris Viri Amplissimi, Generosissimi, Præstantissimi.

Libris, fastisque legendi.

Cremæ XVIII. Kal. Septembris MDCCXXI.

Semper enim fortunatus fuit, qui recte agere novit: Nam fortunate Medicinam assequi, est recta facere; Indoctus autem qui est, quomodo, illam fortunate assequi possit?
Hipp. lib. de locis in hom. n. 58.

Pro Medicorum Virtute adversus Fortunam Medicam.

ORATIO.

1. SI coram Vestris longe, lateque, per litterarium celebratis Ingeniis, A. O., in hoc amplissimo ad dicendum loco, rudi, ac transalpino sermone caussam egero, quæso, obtestorque, ne meæ tenuitati potius, quam magnitudini Vestrorum Nominum id tribuendum putetis. Quæ enim tanta inveniri potest eloquentiæ facultas: quæ tam animosa differendi confidentia: quod tam excellens, atque omnibus numeris absolutum Orationis genus, quo

quo quisquam possit ab obscuris studiorum latibulis in apertam hanc lucem adscitus, ne dicam apte, ac eleganter hic verbum facere, sed ne Vestræ quidem Sapientiæ majestatem firmo obtutu valeat sustinere? Qui mihi olim Alumno solidas Institutiones, dogmatum gravitatem, aureas ex hac ipsa Tripode doctrinas: Qui gradum, insignia, disciplinam, qua nihil est carius: Qui denique memetipsum minus inutilem Patriæ reddidistis; Vos, inquam, me ex hac Exedra defuncto Professori meritissimo (*a*) surrogatum, ac de re Medica tam inepte dicentem audietis? Ne quis igitur majus de me aliquid, quam posse me fateor, expectandum censeat, contestari initio apud Vos, spectatissimi Patres debeo, me non alio sane huc rediisse consilio, quam ut discere prosequar, seroque tyrocinio ultimam manum imponam.

2. XVII. Eræ Vulgaris exacto sæculo, novoque vix ineunte, Medicinæ sacris inaugurandus, vix Athenæum istud a limine salutaveram, quum statim attonitus tot doctissimorum Virorum ordinem, tot lectissimorom phalangem

(*a*) Comite Jo: Baptista Ursato Nob. Patav.

Juvenum circumſpiciens, mirari cœpi altam hic pacem, eruditaque pacis otia, eo potiſſimum tempore, quo tubæ, ac litui infeſtum undique militem ad claſſica convocabant, adeo, ut Olympi cautes ſuperaſſe mihi ſim viſus, & ex hoc ipſo Palladis culmine ſubjectos

nimbos, tempeſtateſque ſonoras

deſpicere. Quid plura, A. O? Hic inſtitutus ſum: Hic lauro redimitus: Hic Arti Medicæ addictus. Quot, & quantas ex hoc Scientiarum Emporio merces in Patriam mecum vexerim, Cives judicent. Illud utique ſatis ſcio, mihi tantam Archigymnaſii memoriam inheſiſſe, ut nihil magis nocturna, nihil diurna manu verſaverim, quam cedro dignas lucubrationes, quæ hinc manare conſueverant, *de Hyemali Conſtitutione* (*a*) *de Bovum Epidemia*, cæteraſque tamquam Oracula, quibus laborantis Naturæ reparationi conſultum eſt, ratus, poſſe me in domeſtico contubernio abſentiæ dolorem fallere. Quamvis autem mihi blandirer privatis muſeoli ſtudiis, meique ingenii periculo non nul-

(*a*) Bernardini Ramazzini Oratione &c.

nulla publici juris facerem (*a*) ac pene nescirem

(*b*) *peritura parcere charta*;

nihil tamen magis in votis erat, quam huc pedem referre, quum hinc perennes fluant Sapientiæ fontes, & quidquid Ars Medica e Sacræ Theologiæ, Jurisprudentiæ, Matheseos, Philosophiæ, Anatomes, ac Botanices, quinimo Rethoricæ quoque, si lubet, penu delibat, hic palam prostet, ac pateat. Annuit tandem ultra spei votum Omnipotens. Ineffabili Augusti Veneti Senatus munificentia ab Generosissimis Reipublicæ Litterariæ Triumviris ad pubblicum profitendi munus assumptus sum, ipsoque (quod fælix faustumque sit) tempore, quo, Pace jam parta, integram Litterarum instaurationem sperare fas est. Vix tamen Exàdram ascendi, ut aperte jam videam, quanta sit inter hanc aciem Areopagi, & secreta illa mea studiorum exercitia, dispar ratio. Ibi umbrabilis pugna instituitur: hic manus confertur. Ibi armatur ingenium:

(*a*) De China china Tractatus, & Append. Cremæ. 1711. 1716. 1718. &c.
(*b*) Juvenal Satyra 1.

nium : hic armis agitur . Ibi proluditur : hic dimicatur . Itaque adeo vereor, Provinciam, quæ mihi demandata est, aggredi, meæque imbecillitatis conscientia timeo, veluti

(a) *Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram*,

ut, nisi discendi magis, quam docendi, sollicitudo me tangeret, parum abesset, quin vadimonium defererem; quum vel ipsi parietes insignium amplitudine, ac nominum, cumulati, me de ingenitæ notæ inscitiæ redarguere videantur. Parendum tamen est Principi, totisque viribus obsequendum; eoque magis, quo mihi Vestra, A. O. suffragatur humanitas, quæ advenas grato musarum hospitio complecti solet. Hac una fretus meam, qualiscumque sit, operam auspicabor; quumque hoc ævo Veneti Imperii Virtutem procax fortuna tentaverit, nuperrimo experimento jam victa, ac penitus triumphata, argumentum inde arripere mihi liceat, & *pro Medicorum Virtute adversus Fortunam Medicam* breviter declamare, ut incomparabili exemplo discat Ars Medica,

(a) Juvenal Satyra 1.

dica, Virtutem fortunæ non cedere: injectos sibi compedes tollere studeat, nativæ libertatis vindices tanto fælicius hic nacta, quanto certius est, Medicinam hic illustrari consiliis, hic perfici documentis.

3. Quoties malorum iliadem, qua ineunte hoc ævo, propemodum oppressi fuimus, reminiscor, animum admiratio subit, qua ratione, postquam ferratos jam belli postes discordia tetra refregerat, litteræ, ac disciplinæ, pene dixerim, omnes non eadem universali correptæ convulsione fatiscerent, aut saltem bellico obrutæ fragore non obmutescerent. Ruebant quotidie in pejus omnia, nulliusque anni Janus adaperiebat fores, quin inde novæ calamitates erumperent. Quid memorem flumina, ruptis alveorum, aggerumque repagulis, exundantia? Quid syderatos Aquilone frutices, totamque fere vegetantis naturæ familiam exotico gelu confectam? Quid & tauros jugum nescientes, & boves aratro jam fractos, Epidemica clade pene deletos? Quid novum bellum (Orbe dubia adhuc pace composito) ab Asia in Europa ingruens, atquæ Italiæ jam imminens, nisi, objecto Corcyræ vallo, Barbarici torrentis impetum Veneta Virtus fregisset? Quid Pestis humanæ pericula Al-

pibus vix coercita? Quis tamen crediderit, A. O? Fluctuante toto Orbe Christiano, inconcussa Venetæ Libertatis Majestas stetit, ac veluti e specula ad utrumque Solem prospiciens, quum interim

(*a*) *Fortuna sævo leta negocio,*
Et ludum insolentem ludere pertinax

Regnorum vicissitudines alterna manu reciprocaret, Ipsa tam sapienter domi, ac foris, sibi, suisque consuluit, ut Venetus Senatus Homericæ cavæ nubi sit comparandus, in qua Heroes insultantis Fortunæ tela non metuunt. Quando igitur tam admirandum Virtutis exemplar nedum Italia, sed Europa ipsa suspexit: Quando celeberrimum hoc Minervæ forum non modo justitium triste non subiit; verum hoc ipso sæculo, armis undecumque strepentibus, altius insonuit; quid reliquum est, quam ut inter cæteras disciplinas Ars Medica de Fortunæ ludo non cogitet, & Plautinum illud Philiatris inculcet?

Sapiens figit fortunam sibi.

4. Ni-

(*a*) Horat. Flaccus &c.

4. Nihil frequentius, sed & nihil ineptius vagatur passim in vulgus, quam tritum illud Adagium, quod scilicet *Medicus esse debeat fortunatus*, quasi vero ludicris Medicina esset Artibus comparanda. Hinc mirum non est, Artem Sphygmicam a manu patritia non attingi, quum precaria, ac ingenuo Viro indigna conditio videatur, a Fortuna stipem emendicare, &, quod consilio deberet, temeritati concredere. Quinimo adeo hujusce spectri formido Tyronum animos corripit, ut, quamprimum in arenam cum aliquo morbo descendunt, si forte contigerit improsperæ curationis auspicium, non solum Arti Medicæ vale dicant; verum, quod pejus est, ipsam iniquo scommate indignantes confodiant. Brutum illum Romanæ Libertatis propugnatorem imitantes, qui de Reipublicæ incolumitate desperans educti gladii mucroni incumbens clamavit. (*a*) *O misera Virtus! Ergo nomen inane eras. Ego vero te ut rem solidam exercui, quum tu interim fortunæ servires.*

5. Non me latet, Medicina inter eas di-

(*a*) Vide Alciat. in Emblem. ex Dione.

disciplinas a Platone in Libro de Legibus recenseri, in quas Fortuna dominatum affectat; quum vere a Medici imperio nonnunquam æger, & assidentes, & exteriora non pendeant. Fortuna ipsa non raro Medicis aut morbos aspectu truces, sed ingenio faciles; aut, dolo malo, lenes in cute, intus infestos obtrudit, ut tanto de illis victoriæ rumor invaleat, quanto de his jacturæ infamia sit gravior. Quid inde tamen in Artem arguitur? Tanta igitur Clinicos facultatis, quam profitentur, occupabit aut diffidentia, aut desidia, ut victas Fortunæ dent manus, falsoque huic Idolo nedum apud vulgus, sed penes cordatos Viros litare non erubescant? Siccine Ars illa, quæ auro ipso emi vix poterat: quæ in Aulis Principum jam sedebat: quæ secreti consilii sacris adhiberi consueverat, Procerum aulæa nunc verebitur, ædesque basilicas non adibit, nisi duce Fortuna, ac Virtute pedissequa? Siccine Medicina, quæ Imperatoribus imperat: cui tamquam humani generis Dictatori fasces obtemperant: quæ Artaxersem sprevit Hippocratica fortitudine: (*a*) quæ Jatrices Con-

(*a*) Epist. Hipp. Hystanidi Hellesp. Præfecto. Hippocr. Sect. 2. Aph. 27.

Conditoribus aras, ſimulacraque comparavit; hæc ipſa nunc ſquallida, ſordidata, dejecta, ſervili manu ſoteria ad Fortunæ Delubrum appendet? Macte Virtute lectiſſima Juventus. *Non multum formidanda ſunt mala, quæ præter rationem eveniunt*; ſicuti nec *his, qui non ex ratione levius ſe habent*, oportet fidere. Rebus ſperate infeſtis, ſecundis vero metuite, veſtra in ægrorum negocio adeo conſilia temperantes, ut ſola

(*a*) *Vitrix Fortunæ Sapientia*

alteram ſortem pari manuverſare vos doceat; &, ſi forte aut ægri licentia, aut aſſidentium incuria, aut exteriorum anomalia in veſtra ſtudia peccaverit, ſciatis volo, nullum inde vobis crimen inferri. Dummodo ea, quæ Artis ſunt, ſedulo egeritis, utramque paginam abſolviſſe contenti, laboris exitum Providentiæ committite. *Nihil*, ut ajebat graviſſimus Vir (*b*) *ſit in globo Materiæ, quod non habeat parallelum in globo cryſtallino*. Nihil denique ſit in uſu, quod prius in intellectu non fuerit. Doctri-

---

(*a*) Juvenal Satyra 13.
(*b*) Bacon. de Verulamio Faber fortunæ.

ctrina cum exercitatione: utraque cum prudentia conſpiret. *Tantum* (*a*) *unicuique felicitatis continget*, *quantum prudentiæ*, & *virtutis*.

6. Si quis vero male feriatus Medicæ Facultatis oſor cenſorio faſtu noſtra ſtudia deſpexerit, nos animarum negociatores dictitans, quorum nempe conjecturis vitæ pericula tranſiguntur, luditurque de corio humano, is, quem adeſſe non video, neutiquam credat, me pro aris, & focis dimicaturum; quum ſatis, ſuperque ſciam, ab Hippocrate ad noſtrum uſque hoc ævum Medicinam ſuos ſemper manes paſſam eſſe, & paſſuram. Illud utique certum habeo, hiſce idcirco conviciis ſugillari Artem Medicam, quod nihil in morborum curatione proſperum induſtriæ, nihil ſtudio, nihil conſilio tribuatur; ſed totum Fortunæ tribuatur acceptum. Si quid vero infauſtum, inopinatum, aut *thanaſimon* in morbis acciderit, Ars ipſa mulctatur, totumque crimen in caput Artificis retorquetur. Coævas Arti hujuſmodi querimonias ſenſit Divinus Senex, cui (*b*)

Meliore luto finxit præcordia Titan;
Quan-

(*a*) Ariſt. Politic. Lib. 7.
(*b*) Hipp. Lib. de Arte.

Quanto magis & nos paſſim audire, nos, inquam, (*a*)

Pulli nati inſelicibus ovis

in tanta opinandi licentia non dedignabimur? Sit arduum: ſit abruptum: ſit, pene dixerim, inacceſſum Clinicæ diſciplinæ faſtigium, tanto præclarior erit gloria tentaminis, quanto durior difficultas eſt operis. Mehercle non raro Artem, Artiſque ſtudium admiror, quoties tam varia, tam ingenioſa, tam elaborata machinamenta perpendo, quorum ope nutantem humani corporis fabricam in perpendiculum reſtituere nititur. Adeant, quæſo, Cenſores Medicas Bibliothecas, viſitent Xenodochia: intrent Theatra Anatomica, totque Medicæ ſupellectilis officinas curioſius introſpiciant.

7. Quam ampla ſunt Græcorum, Latinorum, ac Arabum commentaria! Quam late patet unius Claudii Galeni ſtudium, qui, inter cæteros, integram Medicinam complexus eſt: Medicas compilavit pandectas, tantaque ſcripſit, ut mirum ſit, aliquid potuiſſe a poſteris ſuperraddi! Quam ingens Librorum moles, quibus propemodum laboramus, quo-

(*a*) Juvenal. Satyra 13.

quoties Hippocratis Interpretes consulimus, ut Sapientissimi Senis mentem investigemus! Innumerabiles prope observationum Centurias redactas in Annales, & Fastos a Rhapsodis jactat Historia Medica, nec amplius cum Æsculapii tabellis ab Apollinis templo pendere cogitur, ut alienis periculis cautior fiat. Quantumvis a Veterum Monumentis futiles tricas, logomachias, nugasque difficiles resecueris, tantam nihilominus dogmatum gravitatem, tantam præceptorum congeriem, tantam experimentorum copiam senties superesse, ut vitam lectioni imparem fatearis. Quid, si elucubratas Recentiorum paginas evolvere cœperis? Videbis tam grande opus pene in immensum crescere, nec minus ad recensendos Veteres

(*a*) *ingentia nomina Patres*,

quam nuperos Artis Instauratores, nomenclatorem requiri. Nova priscis succedunt. Plura in dies volumina in posterorum negocium reponuntur.

(*b*) *crescit labor: ardua supra*
Se se aperit fessis, & nascitur altera moles.

Ani-

(*a*) Martial. Lib 11. Epigram.
(*b*) Silius Italic. Lib. 3.

Animalis œconomia penitus inſpecta, & graphice delineata: morborum cauſæ in apricum deductæ : medendi methodus reformata ; tota denique Ars , non ingeniorum flatu , ut ajebat Plinius , impulſa , ſed ad rationis incudem, lydiumque experientiæ lapidem revocata eſt . Applicata Matheſis de re Medica cogitare nunc cœpit , ſervireque didicit Archimedes Hippocrati : mirabili ſane conſilio, ut ille, qui olim (*a*) *Geometra Briareus* Romanam virtutem in Marcelli claſſe diſiecerat , nunc totus in Medicis caſtris ſit, hydroſtaticis, hydraulicifque legibus microcoſmi liquida librans , vectem iu oſſibus, follem in thorace, ductarios funes in muſculis, integrumque Jatrices automatiſmum impendens . Nec humani corporis molem penſitaſſe contentus, exiliores quoque rimatur partes , ſcrutatur villos, ut plane nos doceat, quibus machinulis, quibus anſulis, quibuſve, leviſſimis quidem , ſed innumeris percuſſionibus magna virium momenta natura molita ſit. Hinc ſolidorum, & liquidorum ad invicem nixus, & reſiſtentiæ ſtylo pene apodictico deſcribuntur, ut abunde jam conſtet, qua ratione in utriſque temperandus ſit motus , quo gra-

(*a*) Plutarcus in Vita Marcelli.

gradu aut augendus, aut minuendus ſit impetus. Hinc Mechanicæ *de motu Animalium*, *de Sanguinis Natura*, & *Conſtitutione*, *de Sanguinis Miſſione*, *de Stimulis*, Exercitationes exuberant. Hinc Pharmaceuticæ Rationales, quorum ope univerſa, & ſingula remedia ad Machinales potentias rediguntur. Quod, ſi hiſce omnibus Dialecticæ non contentioſæ (quippe quæ jam ad Scholaſticas rabulas ablegata eſt), ſed ſolidæ, purgatæque artificium addideris: ſi experientiæ caſtigatæ neceſſariam, ac laudabilem induſtriam, exindeque libros ad utriuſque normam exactos expenderis, haud ægre fateberis, in Uſu Medico eſſe *plurimum*, ut ajebat Ariſtoteles, *de intellectu*, *Miniſtrum de Fortuna*.

8. Porro ſi a pluteis, in quibus ſcripta cum blattis, ac tineis colluctantur, ad Noſocomia, in quibus valetudo cum Morbis confligit, mentem, & oculos convertamus, hic utique non tam humanæ calamitatis, ac pietatis argumenta, quam Medicæ Artis ſpecimina longe clariſſima, colligemus. Hic potiſſimum tam implicitæ, tam verſatiles ægrotantis Naturæ phaſes, periodici morborum recurſus, epidemicæ ægritudinum conſtitutiones, totque obverſantur Clinicæ autopſiæ phænomena, ut

ſa-

ſatis, ſuperque exercitato Artifici palam fiat, quiſnam ſit morbi genius, quæ vires, quibus denique armis ſit conficiendus. Nulla Morboſæ affectionis ſpecies in Noſocomii nova, ac penitus incomperta: nulla imminentis criſis: nulla Metaſtaſis neglecta præludia: nullum non pharmacum, quod repetitis experimentis Ars ipſa torquere deſierit. Invidet Medica Noſocomii commoda Italiæ (*a*) Germania; Vera quippe hæc eſt Paleſtra, in qua alumnus Artis Gymnaſticam ſolet addiſcere, præeunte ſuccincto hippocraticum in morem Magiſtro, & Virgilianum illud identidem repetente;

Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex aliis,

Nec non & illud Ovidii Philiatro

Hac ſit iter: manifeſta rotæ veſtigia cernes.

Nec intra Xenodochii clauſtra Virtus Medica coerceri ſe patitur, quin & ad cæmeteria, ſepulchreta, aliaque Libitinæ confinia audeat pedem inferre. Morboſo-

(*a*) Joh. Bohnius de offic. Medic. Cap. 1.

boſorum hic innuo cadaverum extiſpicia, quibus inſudant Anatomici Haruſpices, non ut futura prævideant, ſed ut præterita clarius intelligant, venturaque cautius tractent. Reſolvit vigentis morbi ſymptomata Clinicus analytica methodo in ſuas cauſas, quarum inveſtigatio improbo mentis labore perficitur; plerumque tamen in Euripi vortices penetrandum eſt, hiſque ſtrenue ſuperandis, Delio natatore opus eſſet. Eruit fodiendo ex humani corporis latebris, & cuniculis ægritudinum ſcaturigines, atque *irritamenta malorum* Medicus anatomica analyſi, eaque oculis exhibet, morbi naturam, & ſedem indigitans. Quod, ſi forte fortuna quis in Idea, cujus filo curatio regebatur, nubem pro Junone captaverit aut inſonte organo jam culpato, aut eo viſcere morboſi criminis pæna abſoluto, deducto in judicium cadavere, Forum medicum ad evidentiam ſenſus, ſeu de peccantis humoris, ſeu de partis affectæ reitate pronunciat.

9. Quoniam vero Anatomes morboſa non ſufficit, exempli quam compendia ex aſſe Clinicum non inſtituunt, neceſſe eſt in aperto Theatro univerſam Microcoſmi ſyntheſim reſerare, ut diſcamus, quænam ſint chili, & ſanguinis

guinis officinæ, quænam ſpirituum promptuaria, ubinam vitales exiſtant lares, quiſnam ſit vegetandi, ac ſentiendi modus, ubinam denique humanæ geneſeos cubent involuta primordia. Illud enim alioquin medicis exprobrandum eſſet, quod in Athenienſibus ſuis redarguebat Demoſthenes, eos ruſticis comparans, *qui in ludo gladiatorio ſe probantes, ſemper poſt plagam acceptam in eam partem ſcutum transferunt, in qua percuſſi ſunt, non prius*. Oportet igitur totam, quanta eſt, humani corporis fabricam perluſtrare: proſperæ, & adverſæ valetudinis fundamenta perſpicere, ne illas tantum ægritudines debellare diſcamus, quarum in exenterato cadavere exempla vidimus, aut tetigimus. Gratuletur modo Trajano Auguſto Plinius Orator (*a*) de Circo inſtaurato, quod *Templorum pulchritudinem provocabat, digna Populo victore gentium ſedes, nec minus ipſa viſenda, quam quæ ex ipſa ſpectabantur*. Quam nobilius Cæſaris Circo Theatrum oſtentat hæc Civitas, quod amplitudinem molis utilitate laboris exuperat, digna Populo ſoſpitatore gentium ſedes, non minus ipſa ſpectabilis quam

(*a*) Plinius in Panegyr. Cap. 51.

quam quæ ex ipſa ſpectari ſolent? Quam grande quam eximium admirationis objectum non ipſa ſuggerit tantum Anatomes, ſed præſtantiſſimus, ac plane lyncæus Anatomicus? Quæ enim pars accuratiſſima Proſectoris indagine non illuſtratur? Cujuſnam viſceris uſus, officia, ac munera, non explicantur? Quænam eſt glandula, quis tubulus, quæ fibrilla, quæ anatomici aut cultri, aut oculi aciem ſuperfugiat? Secatur inſectile, & quod molis exilitate illuſerat viſui, non modo nunc cernitur, ſed undecumque ampliatum Engiſcopio ſubijcitur. Atomæ liquidorum partes deprehenduntur, & licet alteruis quietis, & motus viciſſitudinibus afficiantur, fieri nequit, quin earum variæ directiones, occurſus, rotationeſve ſub ſenſum cadant. Immolatis Brutorum, inſectorumque victimis Veritatem imploramus, nec piget per anatomicas Animantium progreſſiones ad hominem gradum facere, qui totius viventium generis ſumma eſt, caput, & complementum. Habet noſtra hac ætate Europa: habet Italia Democritos ſectis animantium membris undique circumſeptos: Habet Lycæum iſtud dignos Hippocratis laudibus, longeque vulgari Abderitarum prudentia ſapientiores. Subtilioris Zootomiæ Minutias irri-

irrideat Schola Sceptica dicat morofus quifquam:

(*a*) *Ranarum infpexi vifcera numquam;*

Profeſtores interim tacite, ac diligentius humanæ, comparatæquæ Anatomes beneficio fcientiam de Homine ad umbilicum deducere laborabunt. Quid plura? Sedenti Archiatro inter frutices, & virgulta, ne dicam inter proceriores arbores, & quærenti fuccifivis horis, quænam vegetationis fint organa: quibus fiphunculis, capfulis, utriculis nutritius latex fluat, & refluat; quibufve glandulis varia fuccorum digeftio fiat; quibus demum tracheolis aeris ofcillatio celebretur: negociofus Cenfor illudat. Nihil obtreſtando proficiet; tanta enim eft gravitas operis, ut parum abfit, quin illum L. Quinſtio Cincinnato comparem, qui Diſtaturam, fcribente Livio, depofuit, & ad agrum reverfus eft. Medici prima inde vivendi principia difcunt, nec amplius in libro legunt, fed medullitus vegetationis Magifterium intelligunt.

10. Nullibi tamen magis humanæ

(*a*) Juvenal. Satyr. 2.

micat industriæ sedulitas : nullibi magis ingenij sagacitas elucescit, quam in Medicis officinis, ubi terra, marique quesita remedia, perque ignem, & aquam trajecta pharmaca congeruntur; quibus si addideris Chirurgici Armamentarij tam affabre elaborata instrumenta; Chymici Elaboratorij machinas tam exquisite constructas; Physicæ experimentalis inventa tam apte ad usum traducta, miraberis mentis nostræ solertiam, quæ tot, tantaque in valetudinis commodum comparavit, cumulavitque. Novit ipsa humani corporis gravitatem statico Sanctorij sacomate ponderare, ut adamussim intelligat, quantum ad vitæ rationem ineundam aut trahendum aut addendum sit supra censum. Plaudunt Indi (*a*) Monarcæ suo, quoties adoratum ipsius corpus in solida ex auro statera expensum plus habere compertum est: Quid si Staticæ Medicinæ artificium didicissent? Quid memorem Anthliæ Pneumaticæ experimenta, ad cujus examen cuncta fere animalia damnantur? Quid exploratum pondus Athmosphæræ Barometro,

(*a*) Voyages de Francois Bernier Docteur en Medicine dans les Etats du grand Mogol.

tro, aut ejusdem sensibiles affectiones Thermometris, Hygrometrisque æstimatas? Quid aquarum, & liquidorum plane omnium specificam gravitatem Hydropondio compertam? Nec non simplex quodcumque medicamentum ad Boylianam Hydrostaticem revocatum? Augustos Thermarum fontes ad pompam salientes Domina Gentium mirabatur. Quid, si intra domesticos laves salubres lymphæ nunc scateant, quibus & pauperes

Nullo ære lavantur?

Prætereo Infusoriæ Medicinæ facinora, ne Arsi ipsa fato obluctari videatur, suique studii flagitiis verenda sepulcri jura violare. Omitto sphygmicum Automaton (*a*) nuper ab Anglis inventum, cujus ope pulsantis arteriæ ictus ad calculum rediguntur. Non vacat ire per singula; alioquin abuterer patientia Vestra, nec Oratio ordinem pateretur.

11. Illud interim innuisse sufficiat, plures esse posse Indicati unius Indicationes, & unius æque Indicationis plura, ac propemodum infinita esse Indicáta, ac remedia adeo, ut Medicus non tam laboret in inveniendo, quam

(*a*) Orologio da polso de' Medici del Cavalier Gio: Floyer &c.

ſudet in eligendo. Idcirco tanta in narthecijs medicamentorum copia ſuper affluit, ut cui libet morbo peculiarem exhibeant pharmaciam; quinimo, quum Europæ America novos morbos intulerit, nova quoque remedia rependere obſervetur. Dedit Corticem Peruviana Provincia: Dedit Ipecuacanam radicem Tellus inhoſpita. Indorum jam cognitæ acceſſit nuper Medicina Sinenſium, ipſaque Nautica non tam Metallicas, quam Medicas opes, noſtris littoribus invehit; cujus equidem beneficio exoticos frutices, & arbuſta, citra periculum itineris, domi tractamus; &, ſi quæ monſtra aut Lybia, aut Aſia genuerit, conſuetudinis ope non modo admirari deſinimus, verum etiam peculiari artificio in antydota migrare jam fecimus. Venditet modo deluſus Hermes Tabulæ (*a*) Smaragdinæ myſteria: arcanum ſuum Adeptorum familiæ deſcribens dicat. *Pater ejus eſt Sol: Mater ejus Luna: portavit illud Ventus in ventre ſuo*. Fumoſa non minus Chryſopeiæ portenta ridemus, quam Panaceæ miracula, Vento, quo ferebantur, diſſipata, diſperſaque.

12. Par-

(*a*) Daniel Sennertus de Chym. cum Ariſt, Conf., ac Diſtenſ. Cap. 3.

11. Parcite, N. N.; Tanta quippe est Medici latifundij amplitudo, ut longe ab instituto abreptum esse me sentiam, ac merito verear, ne fusa, fluensque oratio ad clepsydram castigetur. Tot igitur, tantisque (ut vela jam colligam) suffulta subsidiis medicina; infinitis æque, ac eximiis scriptis, perennibus exprimentis, ac in ævum duraturis observationibus: humanæ, comparatæque Anatomes laboribus illustrata; instrumentis, machinis, pharmacis, pene dixerim, superafluens, ac redundans; tanto denique studij molimine condita, semperque magis exculta, fortuito regetur casu, temeritate jactabitur, ac Virtute dimissa, a Fortuna pendebit? Ei studium causarum in Arte non commentitium, aut fictum est: Si nobis, aut ægris per indicationes elicitas non imponimus. Si demum, ut cum Hippocrate claudam, *Ars est, & quidem magna, quid opus erit Medicinæ Fortuna?* Clament igitur omnes, ac singuli Professores, qui in Inclyta Civitate tanto incolarum, ac exterorum plausu Medicinam facere passim solent: *Quid tibi debemus Fortuna, quam fecimus?* Nihil utique; sed tantum sane debemus Augusto Senatui, tantum Amplissimis hujusce Athenæi Moderatioribus, tantum deni-

que præſtantiſſimo Urbis Rectori, ac Præfecto, cujus præſentia æque, ac humanitas fauſta laboribus ineundis præbet auſpicia; quantum vix hominem homini debere fas eſt. Satis erit (ut uno omnia vota complectar) pro Veneti Imperij perennitate enixas ad D. O. M. preces effundere, eaque de Iſto, quæ de Romano Tullius auſpicabatur, hic', addere. *De hujus Imperii Fortunæ hac utar moderatione dicendi, non ut in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam; ſed ut præterita meminiſſe, reliqua ſperare videamur*. Annuat Omnipotens, & Veneti Imperij

... alterum in luſtrum, meliuſque ſemper
Proroget ævum.

Dicebam.

F I N I S.

H A B I T A

Coram Illuſtriſſimo, ac Excellentiſſimo Vincentio Piſano Præfecto, ac Pro Prætore Patavij,

N E C N O N

Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo Andreæ Schawer Nob. Goritienſi Univerſitatis Artiſtarum Pro Rectore, ac Syndico.

PRA-

PRAXIS MEDICA

NON TAM OBSERVATIONE,

quam lectione ipsa perficitur,

PRÆLECTIO

HABITA IN ACADEMIA PATAVINA

XII. Kal. Decembris MDCCXXIX.

1. UTinam, A. O., Ars inter cæteras nobilissima, de Humano Genere, si quæ alia, optime merita, cujus necessitatem vel ipsi Osores maxime sentiunt, & reliquis citius, si tantillum ægrotent, opem implorant: Utinam, inquam, Ars præstantissima nihil ab cultoribus suis, quos passim Philiatros appellare consuevimus, pateretur. Sed ea est Facultatis hujus præclarissimæ, ac plane divinæ conditio, ut, etiamsi non modo obiecti dignitate, sed operis ipsius difficultate, ac singulari artificio, plurimum præstet, inter tam varia, tamque discrepantia Medicorum studia sibi non constet. Habent utique Clinici principia quædam communia, quibus utuntur, & palmare illud potissimum, Observationem dico, sive Experientiam. Ab hac Artis originem ducunt, adolescentiam, virilitatem. Huic tribuunt, si quid sapiunt, hanc prædicant, hanc rerum gerendarum magistram, atque unam fere moderatricem crepant. Addunt rationem alii, non modo experientiæ ministram, & famulam, sed eam quidem veluti severioris matris solertem filiam, quæ

labantem ſuſtineat quodammodo , & manuducat. Utriuſque dignitatem, atque præſtantiam commemorare non vacat. Tota, quanta eſt, Medicæ Artis Hiſtoria nihil habet memorabilius in Annalibus , atque Faſtis, quam Sectas alias , atque alias , quæ modo unam, modo alteram coluerunt . Hinc Sectæ ille fluxere , aliarum facile Principes , Dogmatica ſcilicet, ac Empyrica, quarum fuere ſoboles Methodica, Epiſyntetica, Eclectica , Pneumatica, &, ſi quæ alia inter Veteres , aut Recentiores floruit. Harum autem veluti Conciliator Franciſcus Baco de Verulamio (*a*) ita ſcribit . *Atque hoc modo inter Empyricam , & Rationalem Facultatem (quarum moroſa, & inauſpicata divortia , ac repudia , omnia in humana familia turbavere) coniugium legitimum, & verum nos firmaſſe exiſtimamus* . Nos igitur inpræſentiarum nihil de hujus, aut illius doctrina ſolliciti , minime diſputamus , quænam potior habenda ſit : quænam dignior. Id unum tantummodo quærimus , nimirum, quid Praxis Medica , quam plerique medicorum jactitant, nomine intelligendum ſit. Quando etenim iiſdem ex-

(*a*) In Præf. Novi Organi Scientiar.

experientiæ necessitatem ultro concederemus : Quando totam Medicam Facultatem sola observatione absolvi posse liquido fateremur, illud adhuc agendum superesset , ut nempe genuinam Medicæ Praxis definitionem traderemus, qua posita liqueret tandem , cui potissimum viæ fidendum esset , quæque nostrorum studiorum utilior ratio posset institui . Alioquin fortasse contingeret , ut vacuis conatibus , atque irritis Nubem pro Junone complecteremur . Prælectioni huic nostræ , qua litterarium curriculum ineuntes futuris Dissertationibus proludimus, argumentum præbuit toties ingeminata illa Vox, qua nonnulli , exercitati illi quidem , sed minime veri Practici, nihil aliud curare se palam fatentur , quam Praxim ipsam ; Quasi vero nullibi Medicina posset, quam penes ipsos , consistere ; & , si quid forte alibi de Re Medica quæritur, agitur, disceptatur, id omne extra pomærium foret, adeoque nihil fere ad Artem Medicam pertineret . Videamus igitur , quænam reapse sit Medicæ Praxis, qua gloriantur tantopere , essentia . Inquiramus serio in ejusdem naturam ; exploremus ingenium , &, si forte longe alia Medicæ Praxis Idea nobis quærentibus se se obtulerit, quam illa , quam pas-

sim profitentur, & dictitant, saltem Vobis, Juvenes Electissimi, documento sit, nihil a vulgo Medicorum tamquam certum, atque exploratum sumendum esse, quin prius sedulo, accuratoque subiiciatur examini. Habetis argumenti, de quo agimus, gravitatem, atque præstantiam. Quid ni igitur de humanitate Vestra, quæ me dicentem plurimum recreat, minime dubitans, de Praxi Medica agere aggrediar?

2. Principio itaque, A. O., cogitate, primævos homines, quum primum aut se se ipsos, aut alios ægrotare senserunt, nihil minus studuisse, quam ut morbi illius, qui occurrebat, ingenium, aut abditas causas investigarent. De remedio solliciti varia subiere tentamina, unam, vel alteram herbam usurpantes pro pharmaco, atque ita porro multiplicatis experimentis a Majoribus ad Nepotes rerum gestarum memoria transiit, quæ futuris ægritudinum curationibus prodesse plurimum posset.

Scitum est (a) *periculum ex aliis facere, Tibi quod ex usu siet.*

Ajebat Terentius. Quamobrem Medicum

(a) Heauton. Act. 1. Sc. 2.

quam lect. ipsa perficitur, Præl. 493
cum monebat Hippocrates ( ). *Sint & in memoria tibi morborum curationes, & harum modi, quotupliciter, & quomodo in singulis se habent; hoc enim est principium in Medicina, & medium, & finis.* Ita Mehercle se gessit Hippocrates ipse, qui morborum historiam a majoribus traditam Posteris commendavit, cæterique deinceps Medici, qui non morborum modo, sed remediorum etiam narrationem historicam conscripsere. Quamvis autem tractu temporis & morborum eventus, & remediorum effectus, non semper traditis responderent, adeoque ipsamet experientia non raro falleret, quam idcirco lepide (*b*) Paracelsus comparat cordi formosæ mulieris in manu Amasii, qui, quo fortius illud se tenere existimat, eo facilius elabi, & in alienas manus migrare experitur; nihilo tamen minus non pauca suppetunt documenta a Majoribus tradita, quæ, si non semper, plerumque saltem, ad lydium experientiæ lapidem revocata vera esse comperta sunt. Ad nonnullos Hippocratis aphorismos provoco, quos Clinici fe-
re

(*a*) Lib. de Decenti Ornatu.
(*b*) Vide Leonard. de Capua Dissert. III. pag. m. 70.

re omnes passim in Praxi pro certis, & exploratis habent; sive ad morbi naturam, & phases spectent, sive ad Therapeusim pertineant, sive demum ad Prognosim eliciendam colliment. Longum esset, idque operosissimum ire per singula, quæ Græcorum, Arabum, & Recentiorum omnium diuturna observatio in Fastos Medicos retulit; quippe quæ ita magnitudine, & multiplicitate rerum Scriptores fatigat, ut adhuc absoluta desideretur Historia Medica, tametsi partem aliquam habeamus, eamque diligenter, accuratepue conscriptam. Quinimo & confidenter ajo, universam Medicinæ Historiam ad Praxim Medicam non sufficere, nisi omnes, & singulas, quæ undecumque haberi possent, majorum observationes complecteretur. Quis autem, quæso Vos, A.O., immensum hoc opus, ne dicam aggredi, sed ne tentare quidem audeat? Quid enim aliud agunt Medici, quam, ut ajebat Hippocrates (a), *præsentia considerare, & de præsentibus juxta præterita ratiocinari?* Quando igitur & præterita discere debent Medici, & tanta est eorum, quæ acta sunt, copia, ut ea pro-

(a) Lib. de Arte.

propemodum laboremus, atque obruamur; nonne quorumdam redarguenda videtur esse arrogantia, ac temeritas, qui totam, quanta est, Praxim Medicam brevi paucorum annorum, quos vixere, spatio dimetiuntur; ac si Praxis æqualem cum ipsis ætatem nacta, brevi cum ipsis esset pariter moritura? Sciant Viri isti gravissimi, coævam esse Orbi condito Praxim Medicam, eamque semper adolescere in dies, nec unquam ad perfectæ certitudinis, adeoque virilitatis apicem perventuram. Sciant, accerimum illum experientiæ propugnatorem Sbaraleum (*a*) in hanc ivisse sententiam, quando scripsit. *Praxis Medica semper erit incerta, donec erit Cœlum novum, & Terra nova*. Ætas enim humana discendæ Arti, quæ *longa* (*b*) ab Hippocrate dicitur, longe impar est, cum *Vita*, eodem docente Divino Sene, *sit brevis*.

3. Haud inficior, Juvenes Ornatissimi, Nosocomia vera esse gymnasia, in quibus formentur Athletæ ad strenue luctandum cum morbis aptissimi. His non caret Italia: non caret hæc Civitas; quemadmodum horum defectu pleras-

(*a*) In Lib. de Ocul. & Ment. Vigil.
(*b*) Sect. 1. Aph. 1.

rasque Germaniæ Civitates laborare jam pridem querebatur Johannes (*a*) Bohnius. Hæc Vobis adeunda sunt, ut in magna ægrorum frequentia & pulsus sæpius contrectare possitis, & urinas contemplari, & chirurgicas operationes inspicere, & morborum differentias, vicissitudines, exitus observare. At his omnino confidere, tota que intra ipsorum cancellos Medicinam claudere, non modo Arti, quæ amplissima longe est, facit injuriam; verum etiam Tyronibus nocet plurimum. Mementote, A.O. Historiam Medicam non annorum, quemadmodum modo diximus, sed sæculorum negocium esse. Ab hac vero Praxim Medicam non parum pendere facile intelligetis, si ea omnino ratione Majorum observationes nostris facem præferre considerabitis, qua habitæ a nobis observationes futuris curationibus facém præferunt. Gaudeant suis igitur Nosocomiis Medici, de ipsorum utilitate sibi invicem gratulentur. Frequentem Medicinæ faciendæ occasionem jactent & illi, qui in castris præesse solent copiarum, & universi agminis tuendæ valetudini; quippe qui inter Epidemicos morbos versantur, inter dolores, & vulnera. Habent mehercle non contemnen-

(*a*) Lib. de Offic. Medic Cap. 1.

mnendas utilitates hujusmodi Medicorum officia, quippe quæ amplissimæ Facultati compendia faciunt; non ea tamen, quæ Artis Dominum ex asse constituant. Quamvis enim & ipse non raro ad Nosocomia accesserim, & quandoque Hippocraticum in morem succinctus in magna ægrorum frequentia Medicinam fecerim; absit tamen, ut tantum mihi audeam polliceri, quantum in Arte Medica exercitatissimus quisquam.

4. Ut vero clarius nostræ fundamenta sententiæ teneatis, optimi Adolelescentes, meque a Paradoxi suspicione liberem penitus, & ratione, & exemplo utar. Itaque humanum corpus Medicinæ subjectum esse, nemo est, qui non videat. Hoc autem corpus solidis, fluidisque partibus constare, & mole, & figura, & situ, & structura, & densitate, & pondere, & textura, & motu, & innumeris fere aliis affectionibus (mirum, quantum!) inter se diffidentibus, docet Anatomes: docet Experimentalis Philosophia. Modo, si Automa quoddam ex paucis quibusdam Machinis affabre compositum contemplemur, facile etiam pauca quædam vitia, quibus obnoxium est, numerabimus; eaque fere totidem, quot sunt partes, sive machinulæ, in quas resol-

vitur. Si vero majori artificio, ac multiplici organorum apparatu elaboratum occurrat aliud, augebitur procul dubio pro diverſitate partium etiam vitiorum, quibus affici poteſt, numerus adeo, ut Sinenſium horologia hac ratione Europeis præſtare nonnulli ſentiant, quod ſimpliciora ſint illa, hæc vero compoſitiora. Quum igitur tota animantium ſeries ita a Supremo rerum omnium Conditore ſit conſtituta, ut Natura ipſa per varias brutorum ſpecies, quaſi per gradus, ad Hominem progredi videatur, in quo majoris compoſitionis, & artificii ſumma ſit quædam, ac veluti complementum; videtis, A. O. quam multiplex, ac pene infinita ſit conditionum ratio, a quibus in Homine vita non modo pendet, ſed valetudo, ac proinde quam varia poſſint eſſe vitia, ſive ægritudines. neque enim exiſtimetis velim, hæc omnia in obvio illo Elencho, aut Syllabo contineri, quem Practicorum Libri, in quibus de morbis Particularibus agitur, præſeferre ſolent. Nam, præterquam quod hic præcipuas Morborum claſſes, & ſumma quædam veluti genera, brevioris, & commodioris doctrinæ gratia, complectitur; illud etiam accedi, quod nimirum unius, ejuſdemque morbi, quem eodem nomine appellamus, multiplices,

ac

ac innumerae fere sint causae, ac proinde multiplex sit natura, ac essentia. Exemplo sit dolor Capitis, quem Graeci Cephalalgiam nominant. Quis vel leviter exercitatus in Praxi non viderit, quantum inter se differant causae illae quamplures, a quibus suprema Minervae sedes concutitur, ac male torquetur? Id ipsum de Epilepsia, de Apoplexia, de Paralysi, caeterisque Capitis affectionibus dixerim; quinimo de reliquis morbis, quos singulis humani corporis partibus Scriptores assignant. Quae, quum ita sint, nemo non videt, quam curta, quam manca sit Praxis illa, quam humanae aetatis spatio dimetimur; quippe quae morborum diversitatem, atque amplitudinem observando aequare minime potest. Rhasis, qui diutissime vixit, totamque aetatem in experiundo contrivit, fateri apertissime non est veritus: (a) *Experientiam minus necessariam esse Medico, quam Veterum Scriptorum Lectionem: Ingenium Priscorum Medicorum praeceptis imbutum facile iis Clinicis antecedere, qui nihil in Antiquorum lectione versati in sola Praxi consenuerunt. Mille annorum spatio mille*

(a) Vide Joh. Freind in Praefat. ad Hist. Med.

le Auctores forsitan floruisse : Lectione *ωλ ῶα colligendis in animo documentis , quæ tot annorum series peperit , parem esse : Ex Veterum fontibus immensas opes hauriri posse , quæ , si negligantur , ab ingeniis etiam felicioribus comparari , aut restitui non possent : Sine his demum Veterum Scriptorum subsidiis in curatione ægritudinum semper erroris subesse peri ulum .*

5. Luculenta , eaque non pauca huiusce veritatis haberem exempla in medium proferenda , nisi Oratio castiganda esset ad clepsydram . Unum itaque , aut alterum referam , alia in futuris pro re nata dissertationibus traditurus . Ponamus aut ævo Hippocratis , aut Erasistrati , aut Herophili tempore , quo mirum in modum floruit Anatomes , Virum extitisse adeo in Physiologia , quam aliqui de Homine Scientiam nominant , exercitatum , doctum , atque edecumatum , ut nihil ille ignoraverit , sive ad solidas corporis partes non modo majores , sed & minimas pertinens , sive ad sanguinis , lymphæ , bilis , cæterorumque humorum naturam spectans . Ponamus ipsi comperta fuisse ea omnia , quæ nostro hoc ævo tota Experimentalis Philosophia protulit ; sed demus simul , ipsum neque Hydrophobiæ morbum vidisse un-

unquam, neque quidquam de eo, aut audiisse, aut legisse. Neminem ex vobis, A. O., unum existimare crediderim, potuisse Virum hunc, etiamsi in Physiologia supra cæteros versatissimum, non modo cogitare, sed ne somniare quidem de hoc tam exotico morbo, de admirabilibus ejusdem symptomatibus, ac de curandi methodo, quæ ipsi utiliter adhibetur. Id ipsum asserendum videtur de Lue Venerea, de Variolis, de reliquis denique aut novis, aut raris ægritudinibus, quæ in humanum Genus tractu temporis irrepserunt. Quid? quod ne ipsi quidem Tertianarum, aut Quartanarum Febrium, quæ alioquin morbi frequentes sunt, ac propemodum familiares, periodici recursus innotuissent, nisi ipsos stato tempore respondere vidisset in Praxi, aut saltem ab aliis accepisset? Potuisset ille quidem ex perspecta hominis fabrica generalia quædam vitia prænoscere, obstrructionis videlicet, erosionis, disruptionis, aliaque id genus, quæ ad læsiones organicas referuntur, quæque a peritiori Physiologo tamquam compertæ structuræ corrollaria colliguntur; minime vero alias ægritudines sive futuras, sive possibiles divinare, quæ ab inversa liquidorum crasi, ac textura fluunt. Si igitur Physiologia,

qua

qua nihil in ſtudijs Medicis gravius, utilius nihil occurrit, ad perfectam Medici inſtitutionem haud ſufficit; quid, quæſo, præſtabit Praxis unius humanæ ætatis, tametſi Neſtoris ipſius annos attingeret? Quamobrem Vos, Electiſſimi Juvenes, hortor, atque enixe rogo, ut plurimum Philoſophiæ Experimentali tribuatis: plurimum Anatomi tum humanæ, tum comparatæ: plurimum Chymiæ, Botanicæ, cæteriſque ſubalternis Artis Medicæ Facultatibus, ſed longe plurimum in excolenda Praxi illorum Auctorum utiliſſimis Commentarijs, quæ olim habitas Obſervationes, atque obrſervationum Centurias complectuntur. Hec Vobis ferenda ſunc, nec ulla tranſigenda eſt dies, quin aliquid ex uberioribus hujuſmodi fontibus hauriatis. Habetis Hippocratem inſtar omnium Hiſtoriæ Medicæ Studioſiſſimum. Habeti, Amatum Luſitanum, Antonium Benivenium, Arnaldum Bootium, Petrum Borellum, Joannem Chiffletium, Rembertum Dodoneum, Marſilium Cagnatum, Nicolaum Fontanum, Henricum ab Heers, Fabricium Hildanum, Gregorium Horſtium, Dominicum Panarolum, Paulum Reucalmium. Habetis Henricum Smetium, Lazarum Riverium, Joannem Rhodium, Nicolaum Tulpium, Franciſcum

cum Valeriolam, Thomam Bartholinum, Georgium Hieronymum Velphium, Ballonium inter cæteros, Joannem Georgium Schenchium luculentissimum Rhapsodum, Theophilum Bonetum, Hollerium, Coiterum, & nuperrime Sydenhamium, Mortonum, Ramazzinum, ut alios prætermeam, ne Vos tot nominum copia fatigare videar. Hos itaque

Nocturna versate manu : versate diurna.

Sint Vobis *in memoria* (utar iterum citatis aureis illis verbis Hippocratis) *ægritudinum curationes, & harum modi, & quotupliciter in singulis se habeant. Hoc enim est in Medicina principium, & medium, & finis*. Neque vero ab hujusmodi studijs gravissimus subeundus labor absterreat. Prostant in Florentissima Academia ista sapientissimi, ac celeberrimi Professores, qui Veterum, & Recentiorum observationes acri, quo pollent, judicio in ordinem redigunt, invicem comparant, veras a falsis secernunt, easque pro re nata in explicandis morbis luculentissime tradunt. Quid superest igitur, quam ut ipsos diligenter audiatis : ipsorum documenta recenseatis in Adversarijs;

&,

&, ſi quid mihi inter tot graves Viros præſtare licet (quod certe pro tenuitate ingenij lævidenſe eſt, ſed ſumma cura , ac induſtria comparatum) æqui, bonique facere ſtudeatis.

Dicebam.

FINIS.

CAPITOLI
NON PIU' STAMPATI
DI M. ANTONIO TIBALDEO

Con una Prefazione

Del Signor

ABATE GIOVAMBATISTA PARISOTTI.

GIOVAMBATISTA PARISOTTI

a' Lettori.

AVendo io promesso nel pubblicare ch' io feci nel tomo precedente di quel Capitolo scritto al Doge Barbarigo, di ristampare, quando che fosse, le Poesie del Tibaldeo con la giunta dell' altre che si ritrovavano inedite nel mio MSS. aggiungendo essere io allora trattenuto a mandare ad effetto il desiderio mio, sì per le molte occupazioni, ond' era involto, e sì per diverse opposizioni, che s' incontravano per far pubbliche le medesime; ora essendo al presente le mie occupazioni di non poco accresciute siccome oramai può esser noto al mondo, e le suddette opposizioni rimanendo in piedi nel suo intero, ho stimato bene, poich' altro non m' è permesso, di non defraudare affatto al meno il pubblico della promessa mia, donando a lui separatamente le suddette Poesie inedite ben degne, che alla fine si togliessero dalle tenebre; lasciando poi il pensiero ad altri più disoccupati, e più valenti di ristamparle tutte spianando, e levando di mezzo ogni difficoltà. Godetevi intanto queste, e ben vedrete in leggendo, che, oltre che esse illustrano di non poco la vita del nostro Poeta, come si può comprendere

da quel Capitolo scritto a nome della moglie sua: Deve sempre soletta in questi affanni, *non sono punto inferiori a qualunque altra composizione, che di lui abbiamo, e perciò non si può dire ch' esse sieno un rifiuto, od un aborto del suo ingegno; che se tali conosciute le avessi, si sarebbero da me lasciate giacere nel suo obblio; avendo io in odio il costume di taluni, che se perauventura loro vien fatto di rinvenire qualche cosa d' alcun' Eccellente Autore, tantosto la pubblicano senza considerare s' ella sia buona, o rea, non accorgendosi, che s' ella è rea, fu già condannata dal suo Autore; e mettendola in luce altro non fanno che contravvenire alla di lui mente, e scemarla di pregio, anzi che esaltarla. Vi dico al fine, che benchè il Tibaldeo sia un Poeta, che vivesse nel Secolo XIV. cioè in un tempo che la buona Scuola del Petrarca era già decaduta, nè ancora rimessa in piedi dal Bembo, e dagli altri dell' età sua, e che perciò le sue Poesie non sieno lavorate con quell' ultima finezza di gusto, che si richiede a un perfetto Poeta pure esse hanno tanti pregi, e tante bellezze in sè, e risplende in loro oltre a ciò un certo colore di veneranda Antichità, che per qualunque di queste cose, e molto più per tutte insieme ben meritano esser tenute care, e stimate da chiunque sia amante delle buone Lettere, e vivete felice.*

De-

I.

DEve sempre soletta in questi affanni
Viver la dolce tua cara Consorte,
E solpiangendo cosumar suoi anni?
Deve sempre trovarsi in simil sorte?
Deve il suo cibo sempre esser sospiri?
Deve mai trarla di fatica morte?
Debbono aver mai fin tanti martiri?
Deve mutarsi mai il Ciel fallace
A far lieti una volta i suoi desiri?
Deve fortuna mai donarmi pace,
Che già gran tempo mi contrasta a torto
Crudel, e nel mio mal si pertinace?
Deve mia barca mai trovar il porto?
E fuor de' venti avversi, e di tempesta
Delli passati guai prender conforto?
Debbo spogliarmi mai l' obscura vesta,
Ch' io porto, ed ho portata in la tua absenza,
Segno della mia vita afflitta, e mesta?
Quando sarà, che innanzi a tuapresenza
Narri le mie fatiche ad una, ad una,
Che m'hanno il senno tolto, e ogni prudenza?
Non so se te riprenda, o pur fortuna,
Che s' io misuro ben col buon giudizio,
Di lei dolermi non ho causa alcuna.
Che il desiar onor, è il tuo gran vizio;
Di raunar insieme oro, ed argento
Sono sola cagion del mio supplizio.

 Mi-

Miser non vedi, ch' egli è un sogno, un vento
Ciò che in terra s' adopra, e un fumo, e un' ombra,
E quanto e l' Uom più ricco è men contento.
Però senza il pensier, che'l cor ingombra
Non star subbietto a simil vanitate,
Ch'ogni cosa terrestre il tempo sgombra.
Che se ben leggi l' istorie passate,
Vedrai per tal cagion quanti son morti,
Ed or ne vedi in la presente etate.
E più mi duol, che tal fatica porti
Per seguir corte, e grazia di Signori;
Che pagan suo fedel d' oltraggi, e torti;
Sempre sta morte occulta in fra gli onori,
E benchè un tempo rida al fin si lagna
Qualunque coglier cerca simil fiori.
Invidia in ogni parte l' accompagna,
E forza è che per ferro, o per veleno
Manchi sua vita, e cada nella ragna.
Tu vedi ben di quante fraudi è pieno
Questo volubil mondo iniquo, e cieco,
E com' è corto ciascun ben terreno:
Questo è quel, che doler mi fa con teco,
Che non già per piacer caduchi, e frali
Del corpo cerco di tenerti meco.
Ma perchè son le cose de' mortali
Si dubbie, e incerte, ch' el convien, ch' io tema,
Ch'aspettar si può in terra altro che mali?

E par

E par ch' una afflizion mi ſtrugga, e pre-
ma
Dopo che ſenza te ſola reſtai,
Ch' io bramo per men pena l' ora eſtre-
ma.
Chi più infelice di me nacque mai,
Che poi che nel tuo nido io feci loco,
Non è ſtata mia vita altro che guai!
Come fu il mio piacer fugace, e poco,
Che un' anno appena fermo dimoraſti
Rompendo in breve ogni mia feſta, e
gioco!
Così fuor della patria te n' andaſti
Cercando Italia, e per montagne, e ſaſſi
In compagnia ancor teco mi menaſti;
Penſa ſe i ſpirti miei erano laſſi
Seguendo te per lochi aſpri, e ſelvaggi,
Ove le fiere avrian perduti i paſſi.
Ma benchè ſtranier fuſſer tal viaggi,
Pur un conforto m' era eſſerti appreſſo,
Udendo i tuoi conſigli accorti, e ſaggi.
E potea i miei penſier narrarti oppreſſo
Connumerando inſieme il mal, il bene,
Che diletto maggior non è conceſſo:
Dopo varie fatiche, e molte pene
Nel tuo paeſe al fin feſti ritorno,
Ond' io di ripoſar ebbi allor ſpene.
Ma il giunger, e il partir fu in un ſol gior-
no,
Che il tuo cammin pigliaſti inverſo Ro-
ma
Diſpoſto più che pria di gir intorno.

Or io rimasi con la grave soma
Di figli, ch' eran quasi tutti in fasce,
Talchè i pensier' la pazienza doma.
Da indi in qua mia vita sol si pasce.
Di lagrime, d' angustie, e di dolore:
O beata colei, che mai non nasce!
Poi mi soggiunse un peso assai maggiore,
Che Italia odiosa in arme fu conversa,
E scese sopra noi tutto il furore.
Chi non avrebbe la memoria persa?
Come prender potea consiglio, ed arte,
Sendo mia barca in sì gran mar sommersa.
Dentro fame con peste, e di fuor Marte
Ne facean guerra, e già ciascuna villa
Sfavillar si vedea per ogni parte.
Nè mai commessa fu tra Mario, e Silla
Sì crudel pugna, nè sì orribil tuono
Mai fu sentito tra Cariddi, e Scilla:
Ciascun pose la terra in abbandono:
Ove dovea fuggir? Sendo rimasa
Vedova, e sola, come anch' oggi sono?
Per forza starmi conveniva in casa,
E come volse mia crudel sciagura,
M'ebbe la febbre in pochi giorni invasa.
Nissun del corpo mio prendeva cura,
Nè Medici da me volean venire,
Tanto ciascun del morbo avean paura.
Or pensa tu qual fosse il mio martire,
E mentre inferma mi giacea nel letto,
Mi vidi innanzi una serva morire;

Dì

Di doglia mi ſtraziai il viſo, e 'l petto,
E tanto crebbe il mal ſpietato, e reo,
Che di mancar ognor ſtava in ſoſpetto.
Solo un ſoccorſo m' era Timoteo,
Lui Medico mi fu, Lui medicina,
Lui ſol rimedio alla mia vita deo.
Nè ſtanco fu giammai ſera, e mattina,
Sforzandoſi di trarmi di periglio
Con ogni induſtria, ingegno, e diſci-
plina.
E ben moſtroſſi d' eſſer grato Figlio,
Conſolandomi ognor con voce umile,
Non ſol d' ajuto, ma di buon conſiglio.
E certo ſegue di ſuo Padre il ſtile,
E credo mia ſperanza non ſia vana,
Ch' io ebbi ſin nell' età ſua puerile.
Al fin per lungo mal già fatta inſana,
Corſi dal Padre mio dentro da Reggio
Con la famiglia debile, e mal ſana.
Ivi trovai le coſe ancor ſtar peggio
Per diſcordia ſi ſcorſe in quel Paeſe,
Pur meglio che io potei fermai mio ſeg-
gio.
Or puoi conſiderar quanto s' acceſe
Mio viſo di vergogna, poich' io vidi
Convenir ſuſtentarmi all' altrui ſpeſe.
Ma poichè alquanto i bellicoſi ſtridi
Ceſſaro, e fu l' Italia in pace unita,
Mi riconduſſi ai conſueti nidi.
Trovai mia ſtanza ſqualida, e ſmarrita,
E forza fu rifar li lochi agreſti,
E più che pria fu miſera mia vita;

Credo che da narrarsi assai più resti,
Che a quello che fin qua parla il mio verso,
Ma a te tutti i miei mal son manifesti.
. . . .
. . . .
. . . .
Girolamo si mosse a servir Dio,
E sola con tre Figli i'mi rimango
In questo mondo falso, infermo, e rio.
E benchè di tal cosa assai ne piango
Pur mi conforto, essendosi partito
Di questo carcer tetro, e pien di fango;
E la Vicenzia già chiede Marito,
Nè so dove mi volga, e ognora penso,
Ma senza te non so prender partito.
Con questi affanni il mio tempo dispenso,
Che ben comprender non mi lassa in rima
Il mio crudel dolor, aspro, ed immenso;
Però, se del mio ben fai qualche stima,
Se me moria di me ti resta ancora,
Se vive il nostro amor, come fe prima,
Ormai ritorna a me, che gionta è l'ora,
E sappi se al venir tu sarai tardo,
In breve tempo converrà ch'io mora.
Di vederti mi struggo, avvampo, ed ardo,
E se non ch'io raffreno il desir stolto,
Sarei per trovar te presta qual pardo.
Pensa ch'alla vecchiezza omai sei volto;
Nè puoi più tollerar tanta fatica,
Che il tempo t'ha il vigor, e il spirto tolto;
Or

Or non t' accorgi ben, che la tua ſpica
Non fa mai grano, e ſolti rende paglia,
E ognor fortuna a te ſi fa nemica;
Raro ſi vince mai ſimil battaglia,
Sicche laſcia l' impreſa, che ti attriſta,
E ſpendi il tempo, e l'opra che ti vaglia.
Deh poteſtu veder, come ſon triſta,
Che ſo che il tuo dur core i moverei,
Ch' altra coſa è l' udir, altro è la viſta;
Tu pur d' inchioſtro paghi i martir miei,
Paſſa, Autun, Primavera, Eſtate,eVerno,
E all' aſpettar ognor più tardo ſei.
E più m'increſce che comprendo,e ſcerno,
Che niun de' Figli tuoi conoſce il Padre,
Che piccioli laſciaſti al mio governo:
Sempre ſi ſon nutriti con la Madre,
Che ſe vedeſſer te potrian sforzarſi
In ſeguir l'opre tue degne, e leggiadre:
Ma veggio ben, che i preghi miei ſon ſparſi
Al vento, e in polve i miei lamenti ſcrivo,
E nulla val il pianto, e il contriſtarſi;
Pur ſon viva ſperando, ed ancor vivo!
Spero di rivederti in brevi giorni,
Che pregando ſi ſpezza un marmo vivo.
Cangiato ho il viſo lieto, e gli occhi adorni,
Fatta è canuta la mia ornata trezza,
E vecchia mi vedrai ſe mai ritorni,
Non già per lunga età, ma per triſtezza

I I.

NAsce la pena mia sol per mirarte,
E bench'ogni mio mal dal veder pende,
Vorrei mille occhi aver per contemplarte;
Che nel bel viso tuo vi si comprende
Una dolcezza tal, che in me può tanto
Che allevia quel martir, che 'l cor mi offende.
Come si voglie a me tuo lume santo,
E che v'appar alcun segno d'amarme,
O che dolce suspir, che dolce pianto!
Se i dolci labbri tuoi movi a parlarme,
E ch'a quel lampeggiar risguardi un poco,
O che dolce languir, dolce disfarme!
Se ridi, come ridi a tempo, e loco,
E ch'ardisca mirar quel divin modo,
O che dolce passion, che dolce foco!
Se sonar, o cantar per grazia ti odo,
E con quella armonia mi allacci il core,
O che dolce prigion, che dolce nodo!
Se pensosa stai forse d'altro amore,
